SILENTIUM SACRUM,

ſive

DE

OCCULTATIONE MYSTERIORUM APUD VETERES CHRISTIANOS,

DISSERTATIO.

Quam

IN ACADEMIA HOLSATORUM CHRISTIAN-ALBERTINA,

PRÆSIDE

CHRISTIANO KORTHOLT,

S. Theol. D. Profeſſ. Prim. & Pro-Cancellario,

ad diem Februarii,

publice ventilandam

exhibet

JOHANNES DETHLEVI,

Delv. Dithmarſus.

KILONI,

Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr. 1689.

DE
SILENTIO SACRO.

CONSPECTUS.

I. *Chriſtiani ob ſacra clandeſtina in ſuſpicionem venerunt, ac ſi religionis ſuæ ipſos puderet.*

II. *Maximi Madaurenſis calumnia expenditur.*

III. *Solemne erat priſcis Chriſtianis, ſacra nonnulla coram profanis & nondum initiatis occultare, ſolisque ea fidelibus, id eſt, baptizatis, tradere.*

IV. *De reconditis illis Eccleſiæ ſacris, veterum teſtimonia.*

V. *Myſteria a non-initiatis ſpectari, grande ſcelus credebatur.*

VI *Imo non minus ab audiendis & legendis quam inſpiciendis Eccleſiæ arcanis profani arcebantur.*

VII. *Veteres ſuboſcure & quaſi per ænigmata de myſteriis coram non-initiatis loquebantur.*

IIX. *Formulæ, quibus uſi illi, quando coram ἀμυή-τοις myſteriorum fiebat mentio.*

IX. *Dionyſius ipſos etiam initiatos nimis adhuc craſſe de rebus divinis ſentientes a Theologia ſua arcet. Cujus heic ſententiæ favere videtur Auguſtinus.*

X. XI. *Quænam antiqui myſteria occultaverint.*

XII. XIII. *Cauſa hujus* μυστηριο-κρύψεως.

XIV. *Quibus Scripturæ teſtimoniis ad ſuam arcani diſciplinam tuendam uſi veteres.*

XV. *Maximus Madaur. malo animo in Chriſtianorum ſacra inquiſivit.*

XVI. *Etiam Gentiles myſteria quædam occultabant, idque illis, recondita Eccleſiæ ſacra traducentibus, Auguſtinus & Tertullianus reponunt.*

XVII. *Origenes quo pacto calumniatoribus os heic obſtruat.*

I.

Chriſtiani ob ſacra clandeſtina & arcana in ſuſpicionem venerunt, ac ſi religionis ſuæ ipſos puderet.

INter ſuſpiciones, quæ ex clancularii s conventibus, occultatisque Chriſtianorum myſteriis naſcebantur, non erat poſtrema, quod ſacrorum ſuorum eos puderet, indeque, ne publice illa innoteſcerent, quibuscunque modis cavendum ſibi arbitrarentur. Nimirum ille, apud Minucium Felicem, ſycophanta maledicus, Cæcilius Natalis, poſtquam de adoratione aſinini capitis, genitaliumq; Sacerdotalium veneratione recitaſſet calumnias, *Neſcio*, ſubjungit, *an falſa, certe occultis & nocturnis ſacris appoſita ſuſpicio.* & mox, ubi præterea de Thyeſteis epulis concubituque Oedipodeo conviciorum plauſtra in Chriſtianorum capita exoneraſſet, *Hæc*, inquit, *aut omnia, aut pleraque omnium, vera declarat ipſius pravæ religionis obſcuritas. Cur etenim occultare & abſcondere, quidquid illud colunt, magnopere nituntur? cum honeſta ſemper publico gaudeant, ſcelera ſecreta ſint. Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota ſimulachra? nunquam palam loqui, nunquam libere congregari? niſi illud, quod colunt & interprimunt, aut puniendum eſt, aut pudendum?* Eodem ſpectat Celſi, apud Origenem libro IIX, cavillatio: *ἡμᾶς βωμοὺς, καὶ ἀγάλματα, καὶ νεὼς ἱδρύσθαι φεύγειν, ἐπεὶ τὸ πιςὸν ἡμῖν ἀφανοῦς καὶ ἀποῤῥήτου κοινωνίας οἴεται εἶναι σύνθημα, nos Chriſtianos ararum, ſtatuarum, Templorumque dedicationem fugere; ut occultæ arcanaque communionis fidem hac veluti ſanciamus teſſera.* Adde locum Lactantii, Div. Inſtit. lib. VII, cap. XXVI. quem damus infra num. XII.

II.

II. Porro & Maximus Madaurenſis, profanus Philoſophus, in ſua ad S. Auguſtinum epiſtola (extat ea inter Auguſtinianas num. XLIII) Chriſtianis objicere non veretur, quod in abdito Deum ſuum colant, nec, uti quidem Gentiles, ſacra ſua in publico omnium conſpectu peragi ſinant. Ita namque venerabilem alloquitur Antiſtitem: *Illud quæſo, Vir ſapientiſſime, uti, remoto facundiæ robore atque exploſo, quo cunctis clarus es, omiſſis etiam, quibus pugnare ſolebas, Chryſippeis argumentis, poſtpoſita paululum Dialectica, quæ nervorum ſuorum luctamine nihil certi cuiquam relinquere nititur; ipſa re approbes, quis ſit iſte* DEUS, *quem vobis Chriſtiani quaſi proprium vindicatis, & in locis abditis præſentem vos videre componitis. Nos etenim Deos noſtros luce palam ante oculos omnium atque aures omnium mortalium piis precibus adoramus, & per ſuaves hoſtias propitios nobis efficimus, & a cunctis hæc cerni & probari contendimus.*

Maximi Madaurenſis calumnia expenditur.

III. Ubi autem, quum Auguſtini ævo non amplius ἀόρατος eſſet Chriſtianorum θεοσέβεια (ut Juſtini utamur verbis, epiſt. ad Diognetum) ſed in publica & aperta luce ſuos illi celebrare conventus permitterentur, florentiſſimæque jam exiſterent & ampliſſimæ per orbem Eccleſiæ; imo in ipſo illo Africæ oppido, quod Maximus incolebat, Catholicorum eccleſiam fuiſſe conſtitutam, Auguſtinus, epiſtola XLIV, qua homini Ethnico reſcribit, diſerte teſtetur; per *locos abditos* dubio procul non intelligit heic idololatra cryptas & cavernas, in quibus congregari ſolebant, urgente perſecutionum æſtu, Chriſtiani: ſed videtur potius reſpicere ad ſolemnem illum veterum Chriſtianorum diſciplinam, qua, ne τοῖς

Solemne erat priſcis Chriſtianis, ſacra nonnulla coram profanis & nondum initiatis occultare, ſoliſq; eos fidelibus tradere.

 ἔξω,

ἔξω, ſeu extraneis, id eſt, Gentilibus, Judæis, aliisve ἀμυήτοις, ſacroque lavacro nondum tinctis, promiſcue innoteſcerent religionis noſtræ myſteria, ſolicite cavebant, ſolis ea πιςοῖς ſ. *fidelibus* proponentes. Quos non Paganis tentum & Judæis, ſed Catechumenis etiam contradiſtinctos olim fuiſſe, inter ceteros clare docet, Catech: I, Cyrillus Ieroſolymitanus, πρὸ 7ὅτε, inquiens, Κατηχούμενος ἦς, νῦν δὲ πιςὸς κληθήσῃ. uti Catech. v, magnam ait dignitatem acceſſiſſe ἀπὸ 7ᾶ Κατηχουμένων τάγματος εἰς τὸ τῶν πιςῶν μετατιθημένοις. Auguſtinus (ut obiter id moneam) *Chriſtianis* quoque opponit Catechumenos, tractat. xi in Johannem, *Neſciunt Catechumeni*, dicens, *quid accipiant Chriſtiani.*

Fideles & Chriſtiani ſolis baptizati olim dicti.

IV. His igitur ἀμυήτοις myſteriorum notitiam fuiſſe ſubtractam, ex veterum monumentis planiſſimum eſt. Synodus videlicet Alexandrina, in epiſtola quam Athanaſius Apologia II recitat, ubi de Arianis dixiſſet: οὐκ αἰσχύνονται ταῦτα ἐπὶ Κατηχουμένων, καὶ, τὸ χεῖρισον, ἐπὶ ἑλλήνων, τραγῳδοῦντες τὰ μυςήρια. *Non pudet eos coram Ethnicis de myſteriis tragicari.* mox ſubjungit: οὐ χρὴ, τὰ μυςήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν. *Non fas eſt myſteria non-initatis prodere.* & eodem fere modo Chryſoſtomus, in II Corinth. homil. XIIX: οὐ θέμις, ἐπὶ τῶν ἀμυήτων ἐκκαλύπτειν ἅπαντα. *Non fas eſt, cuncta haud initiatis detegere.* Theodoritus lib. I contra Græcos: τοῖς ἀμυήτοις πῶς ἄν τις προσένεγκοι τὰ θεῖα παιδεύματα; *Divinas inſtitutiones quomodo quisquam tradat non-initiatis?* Cyrillus porro Ieroſol. catech. VI: τὰ μυςήρια οὐκ ἔςιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι οὐδὲ τῶν μυςηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν. *Myſteria non moris eſt Ethnicis exponere.*

De reconditis Eccleſiæ ſacris veterũ teſtimonia.

re. - *Neque palam apud Catechumenos de myſteriis verba faciamus.* Auguſtinus in Pſ. CIII: *Opera noſtra bona vident & Pagani; ſacramenta vero occultantur illis.* & in Johannem tract. XCVI: *Catechumenis ſacramenta Fidelium non produntur.* Ambroſius lib. I de Abraham cap. V: *Latere debet omne myſterium, & quaſi operiri fidei ſilentio, ne profanis temere divulgetur auribus.* Idem præfat. in narrationem Pſ. XLV: *Non temere alicui* myſteria *divulgemus niſi ſacramentorum conſortibus, quos Dominus vocavit ad gratiam ſuam.* in Pſalm. CXIIX, ſerm. II, 3. *Peccat Deo, qui commiſſa ſibi ſecreta myſteria putaverit indignis eſſe vulganda.* Offic. lib. I, cap. L: *Non omnes vident alta myſteriorum, quia operiuntur a Levitis, ne videant qui videre non debent.* Adde illud Baſilii, libro de Spiritu S. cap. XXVII: τὰ δόγματα σιωπᾶται, τὰ δὲ κηρύγματα δημοσιεύεται. *Dogmata ſilentur; prædicationes vero publicantur.* Ubi δόγματα appellat κατ' ἐξοχὴν, myſteria, & ſpeciatim quidem ἀπόῤῥητα illa, quæ ſolis fidelibus innoteſcebant: (παιδεύματα vocat, loco paulo ante expreſſo, Theodoritus) uti κηρύγματα ipſi ſunt quæ ἔκφορα alias ſeu evulganda Patribus dici ſolent. Confer quæ habet Eulogius Alexandr. apud Photium cod. CCXXX, pag. 834.

Δόγματα & κηρύγματα quid Baſilio.

V. Atque hinc Palladius, vel quiſquis auctor dialogi de vita Chryſoſtomi, pro grandi ſcelere narrat, quod ſancti hujus viri hoſtes, facta in Eccleſiam irruptione, non-initiatos ſpectare fecerint quæ eos intueri nefas erat. Quo de ipſemet etiam Chryſoſtomus queritur, ad Innocentium Romanum ſcribens, epiſtola priori: ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειντο εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἔνιοι, καθ' ὡς ἔγνωμεν, ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τε ἑώρων τὰ ἔνδον. *Locum*

Myſteria a non-initiatis ſpectari, grande ſcelus credebatur.

im

in quo ſancta condita ſervabantur, ingreſſi ſunt milites; quorum aliquos ſcimus nullis initiatos myſteriis, & viderunt omnia quæ intus erant. Similiter Epiphanius, hæreſ. XLII, inter alia Marcionitarum abſurda immania & hoc refert, quod myſteria celebrare auſi ſint præſentibus Catechumenis. Quomodo item Tertullianus, libro de Præſcriptionibus cap. XLI, Hæreticis generatim objicit, quod apud eos, *quis Catechumenus, quis Fidelis, incertum.* Etenim, inquit, *pariter adeunt, pariter orant, etiamſi Ethnici ſupervenerint, ſanctum canibus, & porcis margaritas, licet veras, jactabunt.* Ita Tertullianus. qui & libro II ad Uxorem cap. V, *delictum eſſe* ſcribit, *quod Gentiles noſtra noverint; quod ſub conſcientia iſtorum ſimus.* Confer Apolog. cap. VII, & lib. I ad Nat. cap. VII. Qua vero ratione a ſacris inſpiciendis non-initiatos excludere ſoliti ſint veteres, vel templorum fores claudendo, eaſque per certos miniſtros cuſtodiendo, vel Diaconi voce illos arcendo, legi poteſt apud Iſidorum Hiſpalenſem, Eccleſ. Offic. lib. II, cap. XIV, & Origin. lib. VI, cap. XIX. Videatur etiam Chryſoſtomus in Matthæum homil. XXIII, & in Epiſt. ad Hebr. homil. XVII, ac Zeno Veronenſis, vel quisquis auctor, ſerm. de Pſalmo CXXVI.

Conf. Hieron. in Gal. 6, 6.

Matth. 7, 6.

Imo non minus ab audiendis & legendis quam inſpiciendis Eccleſiæ arcanis profani arcebantur.

VI. Imo non aditu dumtaxat myſteriorum τὰς ἀμυήτας prohibitos, ſed & cetera fuiſſe cautum, ne quid horum, ipſis præſentibus, ſermone vel ſcriptis enunciaretur, præterquam quod ex datis ſupra teſtimoniis jam ſatis conſtat, locus docet illuſtris Julii Romani, in epiſtola Apologiæ II Athanaſii inſerta, ubi de ſtatu Alexandrinæ agens Eccleſiæ ſub Georgio, inique ejecto Athanaſio Euſebianorum ſive Arianorum fraudibus ſurrogato, inter alia

lia

lia perpetrata ibi ſcelera commemorat, τὴν ἐξέτασιν γεγενῆσθαι περὶ ποτηρίου καὶ τραπέζης ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ Ἐπάρχου καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ, παρόντων Ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων, *quaſtionem habitam fuiſſe de calice & menſa, praſente Prafecto ejusque cohorte, adſiſtentibus Ethnicis & Judais*; τοῦτο δὲ, inquiens, κατὰ τὰς ἀρχὰς ἄπιστον ἦν, εἰ μὴ καὶ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων ἐδείκνυτο, ἐφ' ᾧ καὶ ἐθαυμάσαμεν, νομίζω δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπιθαυμάζειν, ἀγαπητοί. *Id principio nobis incredibile videbatur, niſi ex ipſis Actorum monumentis demonſtratum fuiſſet: certe nobis magna admirationi fuit, ut etiamnum vobis eſſe puto, dilecti.* & mox quaſi cum horrore, ἐπὶ ἐξωτικοῦ δικαστοῦ, ait, παρόντων κατηχουμένων, καὶ, τό τι χεῖρον, ἐπὶ Ἐθνικῶν καὶ Ἰουδαίων τῶν διαβεβλημένων περὶ τὸν χριστιανισμὸν, ἐξέτασις περὶ αἵματος χριστοῦ καὶ σώματος χριστοῦ γίνεται. *Sub externo Judice, praſentibus Catechumenis, &, quod pejus eſt, Ethnicis ac Judais Chriſtianiſmum blaſphemantibus, quaſtio de ſanguine & corpore* CHRISTI *habetur!* Quomodo & Synodus Alexandrina, in eodem occupata argumento, apud Athanaſium dicto loco, οὐκ αἰσχύνονται, ſcribit, ταῦτα ἐπὶ Κατηχουμένων, καὶ, τό γε χεῖρον, ἐπὶ Ἑλλήνων, τραγῳδοῦντες τὰ μυστήρια. *Non pudet eos coram Catechumenis, &, quod pejus eſt, coram Ethnicis, ita de myſteriis tragicari.* Porro huc pertinent quæ habet auctor ſermonis 1 eorum qui in Appendice Appendicis ſermonum Auguſtini de diverſis extant Tomo x edit. Pariſ. pag. 802. *Omnis quidem Dei ſermo, fratres chariſſimi, cum omni intenſione & diligentia mentis debet audiri: ſed hic maxime, quem hodie ad Charitatem veſtram habituri ſumus. Ideo enim, dimiſſis jam Catechumenis, vos tantum ad audiendum retinuimus, quia*

præter illa, quæ omnes Chriſtianos convenit in commune ſervare, ſpecialiter de cæleſtibus myſteriis locuturi ſumus, quæ audire non poſſunt niſi qui ea donante jam Domino perceperant. Tanto ergo majore reverentia debetis audire quæ dicimus, quanto majora iſta ſunt, quæ ſolis baptizatis & fidelibus auditoribus committuntur, quam illa quæ etiam Catechumeni audire conſueverunt. Non autem mirari debetis, fratres chariſſimi, quod vobis inter ipſa myſteria de myſteriis nihil diximus: quod non ſtatim ea quæ tradidimus interpretati ſumus. Quod certe non negligentia; quæ in tam ſacris rebus atque divinis ſacrilegium eſt, ſed religione fecimus. Adhibuimus enim tam ſanctis rebus atque divinis honorem ſilentii, & inter illos ſacros myſteriorum apparatus a docendi ceſſamus officio, ut tantam divinæ gratiæ majeſtatem, quæ digne nullis hominum vocibus explicari poteſt, amplius tacendo veneremur. Quod verbis pauciſſimis ita exprimit Gaudentius Brixienſis, tract. II in Exodum: *Modo ea ſolum de ipſa lectione carpenda ſunt, quæ præſentibus Catechumenis explanari non poſſunt.* Eodem tendunt hæc Petri Chryſologi, ſermonem LXI. de Symbolo Apoſtolico, concludentis: *Quod audiſtis & crediſtis, quod confeſſi eſtis, cor habeat, memoria teneat, charta neſciat, ſcriptor ignoret; ne ſacramentum fidei divulgetur in publicum, ne ad infidelem fidei derivetur arcanum.* Gemina leguntur apud Rufinum in Expoſitione Symboli, ac Iſidorum Hiſpalenſem de Offic. Eccleſ. lib. II, cap. XXII. Sed & Ambroſius, vel quiſquis auctor, lib. de iis qui myſteriis initiantur, *Signatum debet apud te manere myſterium,* ait, *ne garrula loquacitate diſpergatur in perfidos.* Dionyſius

nyſius item, quem Areopagitam vocant, ſub initium Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Timotheum compellans, ὅρα, inquit, ὅπως οὐκ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· εὐλαβηθήσῃ δὲ, καὶ τὰ τοῦ κρυφίου θεοῦ ταῖς νοεραῖς καὶ ἀοράτοις γνώσεσι τιμήσεις, ἀμέθεκτα μὲν αὐτὰ καὶ ἄχραντα τοῖς ἀτελέστοις διατηρῶν, ἱεροῖς δὲ μόνοις τῶν ἱερῶν μεθ' ἱερᾶς ἐλλάμψεως ἱεροπρεπῶς κοινωνῶν. *Vide, ne explodas ſancta ſanctorum: quin potius arcana Dei revereberis, ac ſpiritalibus inaſpectabilibusq; notionibus celebrabis, inacceſſa quidem profanis illa & intacta reſervando, ſolis vero ſanctis cum ſacra quadam, uti fas eſt, charitate res ſacras communicando.* In quæ ita Georgius Pachymeres: τίμησον αὐτὰ (τὰ μυστήρια) ὥσπερ λόγον, τῇ σιωπῇ. εἰ δέ που καὶ δεήσει κοινώσασθαι, μὴ τοῖς ἀτελέστοις τούτων κοινώνει, ἀλλὰ τοῖς ἱεροῖς. *Venerare illa* (myſteria) *ſicut æquum eſt, ſilentio. At ſi quando etiam opus ſit iſtiuſmodi communicare, ne communices rudioribus, ſed ſanctis.* Porro & Cyrillus Ieroſolymitanus, in Procatecheſi, illuminatum ſive baptizatum ſic inſtruit: ὅταν κατήχησις λέγηται, ἐὰν δὲ κατηχούμενος ἐξετάσῃ· τί εἰρήκασιν οἱ διδάσκοντες; μηδὲν λέγε τῷ ἔξω. μυστήριον γάρ σοι παραδίδομεν, καὶ ἐλπίδα μέλλοντος αἰῶνος. τήρησον τὸ μυστήριον τῷ μισθαποδότῃ, μή ποτέ σοι τις εἴπῃ· τί βλάπτη, ἐὰν κἀγὼ μάθω; *Quum Catecheſis recitatur, ſi Catechumenus ex te quæſierit: quid dicebant Doctores? nihil dicas externo. Myſteria enim tibi & ſpem futuri ſeculi tradimus. Cuſtodi hoc myſterium retributori, nec unquam dicentem aliquem audi: quid obeſt, ſi & ego didicero?* & catech. VI, οὐδὲ inquit, τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως. *De myſteriis apud Catechumenos aperte non loquimur, ſed multa ſæpe loquimur oporte.* Quomodo & Theodo-

ritus ſcribit in Numer. quæſt. xv: ἀσήμως διὰ τοὺς ἀμυήτους περὶ τῶν θείων διαλεγόμεθα μυστηρίων· τούτων δὲ χωριζομένων, σαφῶς τοὺς μεμυημένους διδάσκομεν. *Obſcure propter non-initiatos de divinis myſteriis loquimur: his vero ſemotis perſpicue initiatos docemus.* Unde & hic ipſe Theodoritus, dialogo ι', ubi myſteriorum fieret mentio, ſub Orthodoxi nomine, ad Eraniſten, ἀξιῶ σε, inquit, μυστικώτερον ἀποκρίνασθαι· τινὲς γὰρ ἴσως περιεστήκασιν ἀμύητοι. *Obteſtor te, ut abſtruſius reſpondeas: aliqui enim forte non initiati adſtant.* Similiterque de talibus coram concione acturus Chryſoſtomus, in 1 Corinth. homil. XL, βούλομαι μὲν, ait, σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν, οὐ τολμῶ δὲ διὰ τοὺς ἀμυήτους. οὗτοι γὰρ δυσκολωτέραν ἡμῖν ποιοῦσι τὴν ἐξήγησιν, ἀναγκάζοντες ἢ μὴ λέγειν σαφῶς, ἢ εἰς αὐτοὺς ἐκφέρειν τὰ ἀπόῤῥητα. πλὴν ἀλλ' ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνεσκιασμένως ἐρῶ. *Cupio quidem perſpicue hoc dicere; ſed propter non-initiatos non audeo. Hi enim interpretationem nobis reddunt difficiliorem; dum nos cogunt, aut perſpicue non dicere, aut arcana, quæ taceri debent, apud ipſos efferre. Sed tamen dicam, quoad ejus a me fieri poterit, adumbratim & ſubobſcure.*

Veteres ſubobſcure & quaſi ænigmatice de myſteriis coram non-initiatis loquebantur.

VII. Exemplum obſcuræ hujusmodi perplexæque periphraſeos oppido luculentum habemus apud Theodoritum dialogo ii. Quærit, nempe ibi Eraniſtes Eutychianus: τί καλεῖς τὸ προσφερόμενον δῶρον πρὸ τῆς ἱερατικῆς ἐπικλήσεως; *Qui appellas donum quod offertur*, puta in ſacra Synaxi, *ante invocationem Sacerdotis*? Reſpondet Orthodoxus: οὐ χρὴ σαφῶς εἰπεῖν· εἰκὸς γάρ τινας ἀμυήτους παρεῖναι. *Non oportet aperte dicere: eſt enim veriſimile, adeſſe aliquos myſteriis non initiatos.* Mox Eraniſtes, αἰ-

νιγμα·

νιγματωδῶς, inquit, ἡ ἀπόκρισις ἔστω. *Reſpondeatur ænigmatice.* Ibi vero Orthodoxus Panem appellat τὴν ἐκ τοιῶνδε σπερμάτων τροφὴν, *alimentum e talibus ſeminibus;* Vinum autem ſic circumloquitur: κοινὸν καὶ τοῦτο ὄνομα, πόματος εἶδος σημαῖνον, *Commune hoc quoque nomen, potionis ſpeciem ſignificans.* Pari ratione Epiphanius in Ancorato, recitaturus inſtitutionis formulam, ἔλαβε τάδε, ait, καὶ εὐχαριστήσας εἶπε τοῦτό μου ἐστὶ τόδε. *Accepit illa, &, poſtquam gratias egiſſet, dixit: hoc meum eſt illud.* & mox: ἠθέλησε χάριτι εἰπεῖν· τοῦτό μου ἐστὶ τόδε. *Voluit per gratiam dicere: hoc meum eſt illud.*

IIX. Solebant etiam, ænigmaticis ejusmodi & a communi intelligentia remotis dictionibus ac loquendi generibus dum utebantur veteres, vel alia quacunque ratione tectam obſcuramque myſteriorum mentionem faciebant, his atque ſimilibus uti formulis: ἴσασιν οἱ μεμυημένοι, ἴσασιν οἱ μυσταγωγούμενοι. *Norunt initiati* (puta, quid ſibi velint quæ dicuntur) Chryſoſtomus homil. LXXII in Matthæum, & homil. LXXXV in Johannem. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον, idem ſerm. in Pentecoſten I, & alibi. ἴσασιν οἱ μεμυημένοι ὃ λέγω, Sozomenus lib. IIX Hiſtor. Eccl. cap. V. ἴσασιν οἱ μύσται τὸ λεγόμενον. *Sciunt initiati quid dicatur*, Iſidorus Peluſiota lib. IV, ep. LXII, & οἱ συμμύσται, Chryſoſtomus homil. XV in Johannem. ἴσασιν οἱ πιστοὶ τὸ λεγόμενον. *Sciunt fideles quid dicam*, idem comment. in Pſ. CXL. *Fidelibus loquor. Si quid non intelligunt Cathechumeni, auferant pigritiam, feſtinent ad notitiam*, Auguſtinus in Pſ. CIX. & alibi: *Norunt Fideles. Fideles ſciunt. Fideles agnoſcunt. Solis Fidelibus cognitum. Corpus quod neſtis, non omnes noſtis. Qui baptiZati & Fideles eſtis,*

Formulæ quibus uſi veteres quando coram ἀμυήτοις myſteriorum fiebat mentio.

conf. homil. 40. in 1. Cor. & homil. de prodit. Judæ.

eſtis, quid dixerit Chriſtus Joh. VI, 34. *noſtis.* Vide Enarr. in Pſ. XXI, XXXX, XXXIII, XXIX, CIII, in Johann. tract. XI, XLV, de verbis Domini ſerm. XLVI, de Civ. Dei lib. X, cap. VI, lib. XVI, cap. XLI, adde item Origenem in Levitic. homil. IX & XIII.

Dionyſius ipſos etiam initiatos nimis adhuc craſſe de rebus divinis ſentientes a Theologia ſua myſtica arcet.

IX. Et obſervetur heic, quod Dionyſius, quem Areopagitum appellant, non eos ſolum qui plane nondum initiati ſunt, ut Gentiles & Cathechumenos, ſed ipſos quoque fideles nimis adhuc craſſe de rebus divinis ſentientes, id eſt, & ἀμύστους & ἀμυήτους (ſic enim diſtinguit) a Theologia ſua myſtica, qua de Deo trino & uno ejusque natura & attributis agitur, his verbis arceat, cap. I, 2. τούτων ὅρα ὅπως μηδεὶς τῶν ἀμυήτων ἐπακούσῃ· τούτους δέ φημι τοὺς ἐν τοῖς οὖσιν ἐνισχημένους, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὄντα ὑπερουσίως εἶναι φανταζομένους, ἀλλ' οἰομένους εἰδέναι τῇ καθ' αὐτοὺς γνώσει, τὸν θέμενον σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. εἰ δὲ ὑπὲρ τούτους εἰσὶν αἱ θεῖαι μυσταγωγίαι, τί ἂν τις φαίη περὶ τῶν μᾶλλον ἀμύστων, ὅσοι τὴν πάντων ὑπερκειμένην αἰτίαν, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἐσχάτων χαρακτηρίζουσιν, καὶ οὐδὲν αὐτὴν ὑπερέχειν φασὶ τῶν πλαττομένων αὐτοῖς ἀθέων καὶ πολυειδῶν μορφωμάτων. *Hæc vide ne quis audiat rudiorum: iſtos dico, qui rebus naturalibus adhæreſcunt, & nihil ultra naturalia ſupernaturaliter eſſe imaginantur, quinimo arbitrantur ſua cognitione noſſe eum qui poſuit tenebras latibulum ſuum.* (Pſ. 17, 13.) *Quod ſi ſupra captum horum ſint divinorum myſteriorum inſtitutiones, quid dixerit quis de illis qui magis rudes ſunt, qui ſummam cauſam omnium, ex iis quæ in natura rerum extrema ſunt deſignant, nihilque ajunt eam antecellere impiis multarum formarum imaginibus, quas ipſi fingunt.* In quæ ſic ſcholiaſtes Maximus: Σημείωσαι,

σαι, ὅτι ἀμυήτους φησὶ τοὺς μὲν τῶν μυστικῶν ἀμετόχους, τοῖς δὲ αἰσθητοῖς ἐνειλημένους, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὄντα εἶναι φανταζομένους. Ἀμέλει περὶ τῶν καθόλου ἀμυήτων εὐθὺς παρακατιὼν φησι. καὶ σημείωσαι, ὅτι ἄλλους τοὺς ἀμυήτους λέγει, καὶ ἄλλους τοὺς ἀμύστους, ἤγουν ἀμυσταγωγήτους. *Nota, ut heic etiam profanos ſeu non inſtructos vocet eos, qui alioquin etiam non ſunt exſortes myſteriorum, ſed rebus adhuc ſenſilibus involuti ſunt, neque imaginantur* Deum *quidquam eſſe ſupra ea quæ exiſtunt. Denique de omnino profanis ſtatim ſubjungit. Et nota, quod alios dicat* ἀμυήτους, *&* *alios* ἀμύστους, *ſeu minime inſtructos.* Pachymeres vero paraphraſtes ita: Σημείωσαι, ὅτι ἀμυήτους λέγει καὶ τοὺς οὐκ ἀμετόχους τῶν μυστικῶν, τοῖς δὲ αἰσθητοῖς ἐνειλημένους, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὄντα εἶναι τὸ θεῖον φανταζομένους, δηλονότι τοὺς πιστεύσαντας μὲν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, μὴ μὴν ἐπὶ τελεώτερον ἐλθόντας γνῶσιν· ἀμύστους δὲ λέγει τοὺς παντάπασι πάντων τῶν μυστικῶν ἀμετόχους εἰδωλολάτρας. *Nota, ut* ἀμυήτους *heic etiam dicat eos, qui alioquin etiam non ſunt exſortes myſteriorum, ſed rebus adhuc ſenſilibus involuti ſunt, neque imaginantur Deum quidquam eſſe ſupra ea quæ exiſtunt; qui videlicet in nomine quidem* CHRISTI *credunt, ad perfectiorem tamen notitiam non aſſurgunt:* ἀμύστους *vero vocat idololatras, omnium prorſus myſteriorum exortes.* Hæc illi. Et videtur huic Dionyſii ſententiæ omnino favere Auguſtinus libro de vera Religione cap. XXVII. ubi *a magnis & ſpiritualibus viris Eccleſiæ Catholicæ alumnis cautiſſime provideri* ſcribit, *ne quid populariter agant, quod nondum eſſe temporis ut cum populo agatur intelligant. Alimenta lactea*, inquit, *infundunt, validioribus autem cibis cum ſapientibus paucis veſcuntur. Sapientiam enim loquuntur inter perfectos,* CARNALIBUS VERO ET ANIMALIBUS, QUAMVIS

Dionyſii ſententiæ favere videtur Auguſtinus.

TIS NOVIS HOMINIBUS, adhuc tamen parvulis, nonnulla obtegunt, ſed nulla mentiuntur. Non enim honoribus ſuis vanis conſulunt & inanibus laudibus, ſed utilitati eorum cum quibus ſocietatem vitæ hujus inire meruerunt. Sed redeamus ad Dionyſium.

X. *Antiquiſſimus* ille & *elegantiſſimus ſcriptor* (quo elogio eum ornat Caſaubonus exercit. XVI, 30. 43.) libro de Divinis Nominibus cap. 1, 8. ὅπερ, inquit, ἀεὶ κατὰ πάσας ἡμῖν θεολογίας ὁ ἱεραρχικὸς θεσμὸς ὑφηγεῖται, θεοπτικῇ διανοίᾳ τὰς θεοειδεῖς ἐποπτεύσωμεν (κυρίως εἰπεῖν) θεωρίας, καὶ ὦτα ἱερὰ ταῖς τῶν ἱερῶν θεωνυμιῶν ἀναπτύξεσι παραθώμεθα, τοῖς ἁγίοις τὰ ἅγια κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν ἐνιδρύοντες, καὶ τῶν ἀμυήτων αὐτὰ γελώτων καὶ ἐμπαιγμῶν ἐξαιρούμενοι. *Quod in omni Theologia lex ſemper præcipit, deiformes (ut proprie dicam) contemplationes divina mente intueamur, & ſacras aures ſacris divinorum nominum interpretationibus adhibeamus, ſanctis ſancta, ut divina ſcripta tradunt, proponentes, a profanorum irriſionibus*
conf. cap. 1. §. 3. *illuſionibusque illam vindicemus.* & mox: Σοὶ μὲν οὖν ταῦτα φυλάξει χρεὼν, ὦ καλὲ Τιμόθεε, καὶ τὴν ἱερωτάτην ὑφήγησιν, καὶ μήτε ῥητὰ μήτε ἔκφορα τὰ θεῖα ποιεῖν εἰς τοὺς ἀμυήτους. *Hæc tibi ſervanda ſunt, optime Timothee, juxta ſacratiſſimam ſanctionem, ne res divinas coram profanis efferas aut evulges.* Ad quæ notat Maximus: ὁ μετὰ γέλωτος καὶ ἐμπαιγμῶν τῶν θείων ἀκούων λογίων, ἢ τῶν περὶ αὐτὰ ἑρμηνειῶν, ὡς θεομάχος κρίνεται. Τιμοθέῳ δὲ γράφει καὶ ὁ
2. Tim. 1, 5. 8. ἀπόστολος, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς μὴ δεχομένοις τὸν λόγον ἐν ἀληθείᾳ λαλεῖν περὶ τοιούτων. *Qui riſu & ſubſannatione divinos ſermones vel interpretationes excipit, tamquam hoſtis Dei judicandus eſt. Scribit autem Apoſtolus ad Timotheum, non*

diſſe-

diſſerendum eſſe de talibus cum iis qui ſermonem in veritate non ſuſcipiunt. & Pachymeres, ubi a profanis irriſionibus & illuſionibus ſuos vindicandos eſſe dixiſſet ὡς ἐγέλων οἱ ἕλληνες παχεῖς καὶ σάρκινοι ὄντες, ἀκούοντες, *quos Gentiles illi craſſi & carnales, dum audirent, irridebant*; hanc ſubjungit poſtremorum Dionyſii verborum paraphraſin: Σοὶ πρέπει φυλάξαι ταῦτα, ὦ καλὲ Τιμόθεε· ἔχεις γὰρ παραινοῦντα καὶ τὸν Ἀπόστολον, ὅτι οὐ δεῖ τοῖς μὴ δεχομένοις τὸν λόγον ἐν ἀληθείᾳ, λαλεῖν περὶ τοιούτων. *Hæc tibi ſervanda ſunt, optime Timothee: habes enim Apoſtolum admonitorem, quomodo non oporteat iis qui ſermonem in veritate non ſuſcipiunt de hujusmodi rebus loqui.*

XI. E quibus Dionyſianis, præter id quod jam ſupra ex eodem obſervatum, notari poteſt amplius, etiamſi præcipua, quæ veteres occultabant, myſteria, Baptiſmus fuerunt & Euchariſtia; attamen ipſum neque illa, quæ de Deo, ejusque natura, proprietatibus, & ſubſiſtentiis, accuratius aliquanto ex Scriptura docentur, profanis retecta velle. Et ſane Cyrillus etiam Ieroſolymitanus, catech. IV, aperte, ἐκ, inquit, ἐθνικῷ τὰ περὶ πατρὸς, καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, διηγούμεθα μυστήρια. *Non Gentili cuidam de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, arcana myſteria declaramus.* Quid? quod Ambroſius totum Symbolum Apoſtolicum, & Orationem præterea Dominicam, huc trahit, libro I de Cain & Abel cap. IX, *Cave*, inquiens, *ne incaute Symboli vel Dominicæ Orationis divulges myſteria*; uti Symbolum Nicenum Sozomenus. Cujus verba, ubi de Concilio illo agit, lib. I Hiſtor. Eccl. cap. XX: ἵνα καὶ εἰς τὸν ἑξῆς χρόνον βέβαιον καὶ δῆλον τοῖς ἐσομένοις ὑπάρχῃ τὸ σύμβολον τῆς τότε συναρεσάσης πίστεως, ἀναγ- Quænam antiqui myſteria occultarent.

καῖον ᾠήθην εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθείας, αὐτὴν τὴν περὶ ταύτης γραφὴν παραθέσθαι. εὐσεβῶν δὲ φίλων καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπιστημόνων οἷα δὴ μύσταις καὶ μυσταγωγοῖς μόνοις δέοντα λέγειν καὶ ἀκούειν ὑφηγουμένων, ἐπῄνεσα τὴν βουλήν. οὐ γὰρ ἀπεικὸς καὶ τῶν ἀμυήτων τινὰς τῇδε τῇ βίβλῳ ἐντυχεῖν. *Ut poſteris in perpetuum ratum ac manifeſtum eſſet ejus fidei Symbolum, in quam univerſi tum conſenſerunt, initio quidem exiſtimaveram, exemplum illius fidei ad veritatis demonſtrationem hic neceſſario apponendum eſſe. Sed cum quidam ex amicis, viri pii & harum rerum notitia præditi, ſuaſiſſent mihi, ut ea quidem quæ a ſolis initiatis ac Sacerdotibus dici audirique fas eſt, ſilentio involverem, eorum conſilium probavi* (Henr. Valeſius in Annotationibus ita: *Sed cum amici, viri pii & hujusmodi rerum periti, ea quæ à ſolis initiatis ac Sacerdotibus dici audirique fas eſt, mihi ſuggeſſiſſent, laudavi eorum conſilium.*) *Quippe veriſimile eſt, quosdam ſacramentis fidei noſtræ minime initiatos, hunc librum lecturos eſſe.* Gregorius Naz. orat. XLII, ſive Paſchali II, μηδὲ ἐκφορὰ τοῖς ἔξω, inquit, τὰ πολλὰ τῶν ἡμετέρων μυστηρίων. *Magna pars myſteriorum noſtrorum ad exteros efferri non debet.* Et ſi abſolute ac ſimpliciter num. VI recitata Chryſologi, Rufini, & Iſidori verba velimus accipere, erit omnino univerſa doctrina Chriſtiana recondita, de qua agimus, Theologiæ objectum conſtituenda. Id quod tamen parum conveni t cum aliis veterum teſtimoniis, & ſpeciatim loco Origenis, quem infra damus num. ultimo, quin experientiæ ipſi aperte refragatur. Videntur proinde, qui late adeo τὰ ἀπόῤῥητα extendunt, id ſolum velle, quod omnia revelatæ religionis capita, utpote quæ ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, ὑπὲρ κατάληψιν

λήψει κτιςῆς φύσεως, (ceu auctor loquitur Expoſitionis fidei Juſtino tributi ſolitæ) caute ſint & circumſpecte tractanda, præſertim ubi Gentilium metuendæ inſidiæ. p. III.

XII. Atque in hac me ſententia confirmat, non modo illud ipſum Origenis teſtimonium, de quo jamjam dicebamus, ejusdemque verba in Ezech. homil. I, Clemens Romanus, vulgo ſic dictus, Recognit. lib. III, & Clemens Alexandrinus Strom. I, cauſam reddens, cur ſponte ac de induſtria obſcurius libros illos ſcripſerit; ſed ratio etiam, ob quam Chriſtiana dogmata celari volunt Dionyſius ejusque interpretes: puta, ne profanorum riſui illa & ludibrio exponantur. Etenim riſiſſe Paganos, præter ſacramenta noſtra, doctrinam quoque de Deo, de S. Trinitate, de CRISTO crucifixo, de partu Virgineo, de noviſſimis, præſertim de carnis reſurrectione, deque univerſi hujus creatione, de homine ad imaginem Dei condito, de Eva ex viri coſta formata, de arbore prohibita, de ſerpente Paradiſiaco, de diluvio Noachico, de turri Babylonica, de Jona à ceto devorato, ſimilesq; hiſtorias & narrationes Biblicas, adductis plurimorum teſtimoniis oſtendimus Tr. de Orig. Chr. cap. IX, 3. ſeqq. Si proinde infidelium irriſioni anſa fuit præcidenda, circa longe plura quam Baptiſmi & Euchariſtiæ myſteria (quorum tamen præcipuam rationem heic habitam eſſe, dubio vacat, docetque id aperte illud Auguſtini in Pſ. CIII: *Quid eſt, quod occultum eſt, & non publicum, in Eccleſia? ſacramentum Baptiſmi, ſacramentum Euchariſtia*) prudentia ſingulari magnaque uti circumſpectione oportuit. Certe non locis tantum ante laudatis, ſed & alibi, clam habendorum ſacrorum cauſam hanc aſſerunt Dionyſii ſcholia- Cauſæ [illegible]

 ſtes

ſtes & paraphraſta, ne infidelium irriſione ludantur. Maximus nimirum, Dionyſiana hæc: ὅρα ὅπως οὐκ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, Eccl. Hier. lib. 1, cap. 1, notis ſuis illuſtrans, οὐ παιγνιωδῶς, inquit, καὶ ἀδιαλαβῶς τιθέσας πᾶσι τοῖς ἀνιέροις καταφανῆ, γέλωτος ἀφορμὴν ποιούμενος τὰ θεῖα καὶ μυστικά. ὅτι οὐ δεῖ τὰ ἅγια τοῖς βεβήλοις ἐκφαίνειν, οὐδὲ τοὺς μαργαρίτας τοῖς χοίροις ῥίπτειν. *Nequaquam ludicre & irreverenter profanis omnibus manifeſtabis* illa ſancta ſanctorum, ſeu ſublimia myſteria, *res divinas myſticasque riſui exponens. Quoniam haud oportet ſancta profanis explanare, neque margaritas ſuibus projicere.* Eadem plane in ſua illius loci paraphraſi habet Pachymeres. Illuſtris quoque eſt locus Lactantii, Divin. Inſtitut. libro VII, cap. XXVI: *Hac eſt doctrina ſanctorum Prophetarum, quam Chriſtiani ſequimur: hac noſtra ſapientia. Quam iſti, qui vel fragilia colunt, vel inanem Philoſophiam tuentur, tanquam ſtultitiam vanitatemque derident; quia non defendere hanc publice atque aſſerere nos ſolemus, Deo jubente, ut quieti ac ſilentes arcanum ejus in abdito atque intra noſtram conſcientiam teneamus, nec adverſus iſtos vere profanos, qui non diſcendi, ſed arguendi atque illudendi gratia, inclementer Deum ac religionem ejus impugnant, pertinaci contentione certemus. Abſcondi enim tegique myſterium quam fideliſſime oportet, maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus. Verum illi hanc taciturnitatem noſtram veluti malam conſcientiam criminantur. Unde etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis & innocentibus fingunt, & libenter his qua finxerunt credunt.* Quin Cyrillus etiam Alexandrinus, libro VII contra Julianum, de Baptiſmo agens, ἔφην δ' αὖ, ſcribit,

καὶ

καὶ ἕτερα περὶ τούτων, πλεῖστά τι ἔσται καὶ ἀληθῆ πληροφορεῖν, ὅτι διὰ Μωσέως καὶ Προφητῶν προκατετυπῶσθαι τὸ μυστήριον, καὶ οὐ νέον ἐστὶν, ἢ ἀρτιφανὲς, καὶ πρὸς ἡμῶν εὑρημένον, εἰ μὴ τὰς τῶν ἀμυήτων ἐδεδίειν ἀκοάς. ἀεὶ γάρ πως γελᾶσθαι φιλεῖ τὰ δυσέφικτα τοῖς πολλοῖς, ὅτι μὴ τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸ ἀδρανὲς καθορίζουσιν, ἃ δὲ ἦν ἄμεινον τοῦ παντὸς ἀξιοῦσθαι θαύματος, ταυτὶ πεποίηνται παρ' οὐδὲν, καθάπαξ ἀμέλει καὶ πανάριστος οὑτοσί. *Plurima de his alia veraque dicerem, certiſſimisque argumentis probarem, myſterium eſſe per Moſen ac Prophetas typice declaratum, neque novum illud eſſe aut recens editum, & a nobis inventum, niſi profanorum aures metuerem. Fere enim rideri ſolent quæ vulgo percipi nequeunt: quoniam ſuæ mentis imbecillitatem non vident, & quæ omni admiratione proſequi par eſſet, ea nihili faciunt; ſicuti nimirum iſte quoque vir egregius*, Julianus ſcilicet, cui ſpeciatim hæc opponuntur, ὁ παραβάτης. Quin & Alexandrina Synodus, apud Athanaſium Apolog. II, οὐ χρὴ, inquit, τὰ μυστήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν, ἵνα μὴ Ἕλληνες μὲν ἀγνοοῦντες γελῶσι, κατηχούμενοι δὲ, περίεργοι γινόμενοι, σκανδαλίζωνται. *Minime fas eſt, myſteria non initiatis prodere; ne Gentiles per imperitiam ea ſubſannent, Catechumeni vero ex curioſitate ſcandalizentur.*

XIII. Ubi priori illi ab irriſu petitæ aliam *μυστηριοκρύψεως* cauſam addi vides, offendiculum puta Catechumenorum. Quam rationem affert quoque heic auctor commentariorum in Epiſtolas Paulinas, quos Ambroſio perperam tribuunt, ſive is Hilarius ſit, Diaconus Romanus, ſive alius (de quo viri docti diſputant) ſcriptor certe quarti ſeculi, quique Damaſi ſe ætate vixiſſe indicium facit ipſemet in 1 Tim. III, 15. Hic ergo commen-

tator in 1 Theſſ. 11, 18. *quædam eſſe* dicit *myſtica religionis noſtræ, quæ propter carnales ſenſus, ne ſcandalum patiantur, facile publicari non debeant. Quia,* inquit, *non omnibus dicenda ſunt omnia, ſed pro uniuscujusque captu moderanda ſunt dicta: aliter rudibus, aliter fundatis.* Quod ſic exprimit Victor Antiochenus, in Marc. iv.: *Excellentis Doctoris munus eſt, pro auditorum qualitate diſſerere, cavereque, ne margaritas inconſulte ante porcos abjiciat, aut ne propter accuratiorem myſteriorum explicationem res illuſtres in contemptum adducat.* Spectantque huc etiam quæ in Procatecheſi ſua Cyrillus habet Ieroſolymitanus: καὶ οἱ νοσοῦντες τὸν οἶνον ζητοῦσιν. ἀλλ᾽ ἐὰν ἀκαίρως δοθῇ, φρενίτην ἐργάζεται, καὶ δύο κακὰ γίνεται, καὶ ὁ νοσῶν ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰατρὸς διαβάλλεται. οὕτως ὁ κατηχούμενος, ἐὰν ἀκούσῃ παρὰ πιστοῦ, καὶ ὁ κατηχούμενος φρενιτιᾷ. οὐκ οἶδε γὰρ τί ἤκουσε, καὶ ἐλέγχει τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐκμυκτηρίζει τὸ λεγόμενον, καὶ ὁ πιστὸς ὡς προδότης κατακρίνεται. ἤδη δὲ σὺ μεθορίῳ στήκεις, βλέπε μοι μὴ ἐκλαλήσῃς, οὐχ ὅτι οὐκ ἄξια λαλιᾶς τὰ λεγόμενα, ἀλλ᾽ ὅτι ἡ ἀκοὴ ἀναξία τοῦ δέξασθαι. *Etiam ægroti vinum quandoque poſtulant; quod, ſi intempeſtive illis detur, phreneſin conciliat; & duo hinc naſcuntur mala: nam æger interit, & Medicus male audit. Sic & Catechumenus, ſi audiat myſteria a fideli, phreneſin patitur. Neſcit enim quid audiverit, & tamen arguit rem ignotam, dictaque irridet: fidelis vero tanquam proditor condemnatur. Jam ergo tu in finibus noſtris conſtitutus, cave ne quid effutias: non quod digna non ſint narratione ea quæ ibi dicuntur: ſed quod indignus eſt ille audire cui referres.* item quod Dionyſius, de Baptiſmi ſacramento acturus Eccleſ. Hierarchiæ

cap.

cap. II, μηδεὶς, ait, ἀτέλεστος ἐπὶ τὴν θέαν ἴτω. καὶ γὰρ οὐδὲ ταῖς ἡλιοπλήκτοις αὐγαῖς ἐν ἀσθενέσι κόραις ἀντωπεῖν ἀκίνδυνον, οὐδὲ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν ἀβλαβές· εἴπερ ἀληθὴς ἡ κατὰ νόμον ἱεραρχία, τὸν μὲν Ὀζίαν ὅτι τοῖς ἱεροῖς ἐνεχείρησεν, 2. Sam. 6, 6
ἀποστρεφομένη, τὸν Κορὲ δὲ, ὅτι τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἱεροῖς, τὸν δὲ Να- Num. 16. 18.
δὰβ καὶ Ἀβιοὺδ, ὅτι τοῖς οἰκείοις ἀνιέρως ἀπεχρήσαντο. Levit. 10, 1.
Nemo mihi profanus ſpectatum veniat. Neque enim debilibus pupillis Sole irradiatis obtueri tutum, neque nobis ſuperiora tentare innocuum ſit: quandoquidem vera illa Legalis Hierarchia, Oziam quidem ſacris, Core vero ſe dignioribus ingerentem, Nadab denique & Abiud ſuis muneribus non rite functos, deteſtetur. Quibus plane gemina iſthæc Syneſii epiſt. CV: Νοῦς μὲν φιλόσοφος ἐπόπτης ὢν τἀληθοῦς, συγχωρεῖ τῇ χρείᾳ τοῦ ψεύδεσθαι. ἀνάλογον γάρ ἐστι φῶς πρὸς ἀλήθειαν, καὶ ὄμμα πρὸς δῆμον. ἢ οὖν ὀφθαλμὸς εἰς κακὸν ἂν ἀπολαύσειεν ἀπλήστου φωτὸς καὶ ἢ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ σκότος ὠφελιμώτερον· ταύτῃ καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τίθεμαι δήμῳ, καὶ βλαβερὸν τὴν ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσιν ἐνατενίσαι πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἐνέργειαν. *Lux veritati, oculus vulgo, proportione quadam reſpondent. Et oculus ipſe non ſine damno ſuo immodica luce perfruitur. Ac uti ophthalmicis caligo magis expedit, eodem modo mendacium* (occultationem veritatis haud dubie innuit) *vulgo prodeſſe arbitror, contra nocere veritatem* (veritatis manifeſtationem) *iis, qui in rerum perſpicuitatem intendere mentis aciem nequeunt.* Hæc ibi Syneſius. Cujus præterea effatum, quod libro de Providentia ſect. II habetur: ἀγνωσία, σεμνότης ἐστὶ τελετῶν, *Ignoratio venerationem myſteriis addit;* in memoriam heic nobis revocat illud Baſilii M. de Spiritu ſancto cap. XXVII, ex pri-

priſcorum Eccleſiæ Patrum mente & ſententia τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι, *myſteriorum venerationem ſilentio conſervari.* Id quod pluribus confirmaturus mox, inter cetera, τί ποτε, ſcribit, βουλόμενος ὁ μέγας Μωυσῆς, οὐ πᾶσι βάσιμα εἶναι τὰ τοῦ ἱεροῦ πάντα πεποίηκεν, ἀλλ' ἔξω μὲν ἁγίων ἔστησε περιβόλων τοὺς βεβήλους; --- εὖ εἰδὼς ὑπὸ σοφίας, τῷ μὲν πεπατημένῳ, καὶ αὐτόθεν ληπτῷ, πρόχειρον οὖσαν τὴν καταφρόνησιν· τῷ δὲ ἀνακεχωρηκότι καὶ σπανίῳ φυσικῶς πως παρεζευγμένον τὸ περισπούδαστον. καὶ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ τὰ περὶ τὰς ἐκκλησίας ἐξ ἀρχῆς διαθεσμοθετήσαντες Ἀπόστολοι καὶ πατέρες, ἐν τῷ κεκρυμμένῳ καὶ ἀφθέγκτῳ τὸ σεμνὸν τοῖς μυστηρίοις ἐφύλασσον. οὐδὲ γὰρ ὅλως μυστήριον, τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἔκφορον. *Quid ſibi voluit magnus ille Moſes, dum non omnia, quæ erant in templo, paſſus eſt omnibus eſſe pervia, ſed profanos extra ſacros cancellos ſtatuit? --- Probe ſcivit, pro ſua ſapientia, res uſu tritas & undecunque parabiles expoſitas eſſe contemptui; ceterum ei quod ſepoſitum eſt, quodque rarum, huic natura conjunctam eſſe ſummam admirationem ac ſtudium. Ad eundem profecto modum & qui in primordiis Eccleſiæ certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli & Patres, in occulto ſilentioque myſteriis ſuis ſervavere dignitatem. Neque enim omnino myſterium eſt quod ad populares ac vulgares aures effertur.* Denique Auguſtinus in Johannem tract. xcvi, ideo ſacramenta fidelium Catechumenis non prodi ait, *ut ab eis tanto ardentius concupiſcantur, quanto eis honorabilius occultantur.* Quo etiam pertinet illud ejusdem, Enarr. in Pſ. cix: *Si quid non intelligunt Catechumeni, auferant pigritiam, feſtinent ad notitiam.*

XIV.

XIV Docet autem paulo ante laudatum Baſilii teſtimonium, ex ipſis etiam Scripturis ſacris *μυςηρίων κρύψει* ſuæ auctoritatem veteres quæſiviſſe. Præterque eum & Ambroſius, præfatus in Enarrationem Pſ. XLV, ad Moſen heic provocat, qui ſolus ad percipiendam legem in montem a Deo fuerit adſcitus, Ex. XIX, 20. idemque lib. I de Abraham cap. V, huc trahit, quod Pater ille credentium, Angelos hoſpitio excepturus, Saram ſuam ſubcinericia, Græce *ἐγκρύφια* ſeu *abſcondita*, parare juſſit, Gen. XIIX, 6. uti Gregorius Naz. orat. XLII, quod Iſraëlitæ de agno Paſchali efferre aliquid prohibiti, Ex. XII, 10. Alia Veteris Teſtamenti loca quomodo huc a nonnullis accommodentur, legi poteſt apud Ambroſium præfat. in enarr. Pſ. XLV, & ſerm. II in Pſ. CXIIX, 3. Proſperum Aquit. in Pſ. CXXXVI, Pachymeren, paraphraſten Dionyſii, ad hujus Eccleſ. Hierarch. lib. I, cap. I, Synodum Alexandrinam in Athanaſii Apologia II. ubi etiam ex Novo Teſtamento advocatur huc CHRISTI monitum illud, quod ſancta canibus danda non ſint, nec margaritæ coram porcis projiciendæ, Matth. VII, 6. quod ſimiliter heic inculcant, præter jamjam citatos Ambroſium & Proſperum, pſeudo-Clemens Romanus Recognitionum lib. III, ſub initium, Tertullianus lib. de Præſcript. cap. XLI, Cyprianus Teſtimoniorum adverſus Judæos lib. III, 50. Victor Antiochenus in Marc. IV, Gregorius Naz. orat. XLII, Hieronymus præfat. CXVII, in tranſlationem Eſaiæ, Eulogius Alexandrinus apud Photium cod. CCXXX, Maximus, Dionyſii ſcholiaſtes, in Eccleſ. Hierarch. lib. I, cap. I, Cyrillus Alexandrinus contra Julianum libro VII. ubi de Baptiſmi ſacramento agens, diſertius de eo & prolixi-

Quibus Scripturæ teſtimoniis ad ſuam arcani diſciplinam tuendam uſi veteres.

us loquuturum ſe negat, ne, *εἰς τὰς τῶν ἀμυήτων ἐκφέρων ἀκοὰς τὰ κεκρυμμένα*, *ad profanorum aures arcana deferens*, CHRISTUM offendat, dicentem: *μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων.* Plura inſuper alia Scripturarum teſtimonia huc trahit Clemens Alex. Stromat. v. Adde exhibitum ſupra, num. XII, Lactantii teſtimonium, ubi Chriſtianos veteres *Deo jubente* myſteria ſua occultaſſe ſcribit.

Maximus Madaur. malo animo in Chriſtianorũ ſacra inquiſivit.

XV. Ad hanc igitur ſacrorum occultationem (ut ad ſuperiora tandem redeamus) digitum videtur intendere Philoſophus, de quo num. II dictum, Madaurenſis. Quod enim Chriſtianis tribuit, quaſi *in locis abditis Deum ſuum præſentem ſe videre componant*, ſive fingant, quidni de Euchariſtiæ ſacramento capiendum? cujus celebrandi rationem quum ignoraret homo Paganus, ut eam ſibi, miſſis ambagibus, explicare vellet, tanta contentione ab Auguſtino petit; etiamſi, velut ex hujus reſponſo liquet, omnino fruſtra. Nempe animadvertebat vir prudentiſſimus, Maximum iſthunc ex eorum eſſe ordine, de quibus Lactantius libro VII Divin. Inſtit. cap. XXVI ait, quod Chriſtianorum ſapientiam *tanquam ſtultitiam vanitatemque derideant, &, non diſcendi, ſed arguendi atque illudendi gratia, inclementer Deum ac religionem ejus impugnent.* (locum integrum ſupra num. XII dedimus) Id nimirum ipſe literarum ſtylus clamat, neque diſſimulat ſua in reſponſione Auguſtinus. Ita namq; illam orditur: *Seriumne aliquid inter nos agimus, an jocari libet? Nam ſicut tua epiſtola loquitur, utrum cauſa ipſius infirmitate, an morum tuorum comitate ſit factum, ut malles eſſe facetior*

tior quam paratior, incertum habeo. & paulo poſt homini objicit, quod *jocari potius quam ſerio agere maluerit*: objicit eidem *ſacrilegas facetias, feſtivas contumelias, ſacrilega convitia*; tandemque in hæc verba definit: *Differentur iſta latius, ipſo vero & uno Deo adjuvante, cum te graviter agere velle cognovero.*

XVI. Sic igitur Maximum dimittit Auguſtinus; & ad exprobrationem, quod Chriſtiani clanculum ſacra ſua peragerent, nihil reſponderaliud, quam, idem etiam ab ipſis fieri Gentilibus. *Quod dicis*, ait, *eo noſtris veſtra ſacra proponi, quod vos publice colitis Deos, nos autem ſecretioribus conventiculis utimur; illud abs te quaero, quomodo oblitus ſis Liberum illum, quem paucorum ſacratorum oculis committendum putatis?* Ita quoque Tertullianus in Apologetico cap. VII monet, quod ex mente Paganorum, *omnibus myſteriis ſilentii fides debeatur*; moxque Samothracia & Eleuſinia in exempla producit, ſubjungens præterea, quod *ſemper pia initiationes* (ita Heraldus legit, cumque eo viri docti alii) *arceant profanos, & arbitris caveant.* Adde quæ idem habet libro adverſus Valentinianos cap. I. & vide quæ in loca iſta obſervat J. L. de la Cerda, partim in commentario, partim in Adverſariis ſacris cap. CXXXIV, 10. hujusq; præterea notas conſule ad iſta Virgiliana, Æneid. VI, 258.

Etiam Gentiles myſteria quædam occultabant, idque illis, recondita Eccleſiæ ſacra traducentibus, Auguſtinus & Tertullianus reponunt.

--- --- Procul, o procul eſte profani,
conclamat Vates, totoque abſiſtite luco!

Præcipue autem legenda quæ hanc in rem eruditiſſime diſſe-

diſſerit, more ſuo, Iſ. Caſaubonus, exercitat. anti-Baron. XVI, 43.

Origenes quo pacto calumniatoribus heic obſtruat.

XVII. Tandem nec illud heic prætermittendum, quod, cum impius quoque Celſus ludibrii cauſa ſubinde Chriſtianam religionem vocaret *κρύφιον δόγμα, doctrinam clandeſtinam*, Origenes lib. 1 contra ipſum, triplici ratione calumniam iſtam diluat. Nempe primo oſtendit, falſum eſſe, capita Chriſtianiſmi omnia occultari: plurima enim, interque hæc ſumma illa myſteria de CHRISTI e Virgine nativitate, ejuſdē paſſione & reſurrectione, ſupremo judicio, mortuorum reſuſcitatione, palam tradi omnibusque proponi. Deinde ait, ſi maxime quædam non paſſim cunctis pateſiant, eo tamen nomine non magis reprehendi Chriſtianos poſſe a Gentilibus, quam ſuos met ipſi Philoſophos culpent, diſciplinam ſuam diſpeſcere ſolitos in *ἐξωτερικὰ*, quæ omnibus, & *ἐσωτερικὰ*, quæ non niſi interioris admiſſionis paterent diſcipulis. Tum & illud cum priſcis Doctoribus aliis urget, quod, etiamſi apud Græcos pariter ac Barbaros myſteria occultentur, nemo tamen ideo conviciis eos ſit inſectatus: unde iniquum, ſolos Chriſtianos ob ſacra clandeſtina male adeo audire. Notari poteſt inſuper ejuſdem Origenis locus ex memorati operis libro III: *ἡμεῖς, ὅση δύναμις, πάντα πράττομεν ὑπὲρ τοῦ φρονίμων ἀνδρῶν γενέσθαι τὸν σύλλογον ἡμῶν. καὶ τὰ ἐν ἡμῖν μάλιστα καλὰ καὶ θεῖα τότε τολμῶμεν ἐν τοῖς πρὸς τὸ κοινὸν διαλόγοις φέρειν εἰς μέσον, ὅτ' εὐποροῦμεν συνετῶν. ἀποκρύπτομεν δὲ καὶ παρασιωπῶμεν τὰ βαθύτερα, τοὺς συνερχομένους καὶ δεομένους λόγων τροπικῶς ὀνομαζομένων γάλα. Nos, quantum*

tum poſſumus, operam damus modis omnibus, ut conventus noſter conſtet ex hominibus prudentibus: & quidquid habemus egregium atque divinum, tunc demum in popularibus ſermonibus promimus in medium, cum præſto eſt auditorum cordatorum copia; alioquin profundiores ſenſus celamus & ſilentio præterimus in cœtu eorum, qui opus habent lacte, ut per tropologiam vocamus. Atque hæc fieri monet Adamantius ad exemplum Pauli 1 Cor. iij, 2. Hebr. v, 12.

F I N I S.

APPENDIX,

Conſiderationem præfationis Hieronymianæ in librum JUDITH exhibens.

TEXTUS HIERONYMI.

APud Hebræos liber Judith inter Hagiographa legitur: cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Chaldæo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicena in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, immo exactioni, &, ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum e ſenſu, quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitioſiſſimam amputavi, ſola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis invenire potui, Latinis expreſſi. Accipite JUDITH viduam, Caſtitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non ſolum feminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui, Caſtitatis ejus remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret.

I.

HIc ille eſt Hieronymi locus, quo communiter triumphare ſolent Pontificii: imo ex quo liquidiſſime conſtare

ſtare aliquando putavit Cæſar Baronius, in Concilio Niceno librorum vere θεοπνεύστων editum fuiſſe canonem. Ita nimirum ſcribit, Tomo III Annalium Eccleſiaſticorum, ad ann. CCCXXV, 157. *Quis neget, imo quis auctoritate S. Hieronymi non affirmet, atque tuto confirmet, in eadem magna Synodo de D. Scripturis authenticis editum eſſe canonem?* Atque mox provocat ad dictum Hieronymi prologum, additque, *ejusmodi canonem, quo libri canonici* a Patribus Nicenis *numerati erant, penitus exciditſe.*

II. Quamquam bene habet, quod idem Cardinalis poſt, re rectius expenſa, ſententiam mutavit ac emendavit, & jamjam productis ſequentia ſubjecit (quæ primum legebantur in Appendice Tomi X, nunc autem inſerta extant ipſi Tomo III, loco paulo ante citato, num. 158.) *At hac quantumlibet jure dici poſſe videantur, tamen conſiderando, quod, qui poſt Nicænum Concilium ſcripti reperiuntur canones, ſacrorum librorum catalogum continentes, ut a Concilio Laodiceno, ſive a Patribus, ut Athanaſio, Gregorio Nazianzeno, Amphilochio, vel aliis, in illis liber Judith inter Hagiographa non numeretur, haud affirmandum omnino exiſtimarem, canonem de libris ſacris ſtatutum eſſe a Niceno Concilio; a quo neminem auſum fuiſſe recedere, jure debet exiſtimari: ſed non ex canone de ſacris libris confecto id aſſeruiſſe S. Hieronymum, verum potius ex Actis ejus, in quibus* OBITER CITATUS *idem inventus fuerit.* Hæc Baronius, quibus ſimilia habet Wilhelmus Lindanus, lib. III Panopliæ Evangelicæ cap. III; qui diſerte hinc concludit, *nihil hac de re* (de auctoritate libri Judith canonica) *in Concilio Niceno fuiſſe definitum.*

III.

III. Sane Baronii & Lindani argumentum hoc, rem ipſam ſi ſpectes, idem illud eſt, quod contra Bellarminum, itidem Hieronymi teſtimonium pro libri Judith θεοπνευστίᾳ libro 1 de Verbo Dei cap. XII adducentem, Hunnius noſter urget lib. 1 Examinis cap. X. *Certe*, ſcribit is, *quia Concilium Nicænum fuit œcumenicum & univerſale, ſi tale quid ſtatuit, & ſi ea eſt Conciliorum œcumenicorum auctoritas, quam Pontificii prædicant, qui fit, quod Divus Athanaſius, qui ei concilio interfuit, nihilominus librum Judith extra canonem ponit inter eos, qui Catechumenis tantum legantur? Vixit & Nazianzenus poſt Concilium Nicænum: cur igitur & ille non œcumenicæ Synodi decreto (ſi modo tale unquam hac de re factum eſt) ſubſcribit; ſed librum Judith, atque reliquos omnes, quos non recenſet, ſuppoſititiorum loco habet, inquiens: Si quid extra hac invenitur, inter* ADULTERINOS LIBROS *numerandum eſt? Quid? annon Epiphanius quoque multo poſt celebratum Nicaæ Concilium floruit circa annum Chriſti 400? Cur ergo non amplectitur decretum Synodi œcumenicæ, ſed librum Judith in cenſu habet apocryphorum?* Porro; *ſi Nicæna Synodus ita ſtatuit, ut Judith canonicorum librorum claſſi adjungeretur, cur ergo Damaſcenus univerſali Concilio tam inobediens, ut, decreto hoc æternum ſepoſito, librum iſtum una cum cæteris, quos Apocryphos nuncupamus, arceret à canone, lib. 4. Orthod. fidei cap. 18?* Et *quia Laodicenum Concilium multo poſt Nicænum eſt habitum, cur hujus Laodicenæ Synodi Patres non veſtigia obſervarint univerſalis Synodi Nicænæ?* Ita Hunnius; ad eundem plane modum, ut vides, quo Baronius & Lindanus. Unde dum Jacobus Gretſerus, Jeſuita Ingolſtadienſis, ſe heic opponit Hunnio, lib. 1 Defenſ. Controver-

ſiarum

ſiarum Bellarmini, cap. x, ſimul Baronio & Lindano, Cardinali alteri, alteri Epiſcopo Pontificio, ſe objicit.

IV. Potuiſſet autem ille brevibus ſe expedire, ſi cum Mariano Victorio, Epiſcopo Amerino, in nota marginali ad præfationem Hieronymi in Judith, dixiſſet: *OMNES antiqui Patres poſt Concilium Nicænum librum Judith canonicum eſſe aſſeruerunt.* vel cum eodem, ex Scholiis in Epiſt. Hieronymi x, ad Furiam: *Nobis de illo* Judithæ libro *nulla eſt dubitatio; quippe cum, ab Eccleſia eum receptum eſſe, Nicena Synodus, una cum Carthaginenſi & Gelaſii, cæterorumque OMNIUM ſanctorum auctoritas, diſerte prodant.* Qua voce dubito an umquam emiſſa fuerit ab ullo Pontificiorum impudentior. Sed placuit tamen Gretſero paulo alia heic via incedere.

V. Videamus ergo, quanti momenti ſint quæ is contra affert. Primo ad auctoritatem Athanaſii, *Reſpondeo*, inquit, *Prædicantem argumento ſuo aliquid probabilitatis conciliaturum, ſi duo demonſtret: primum, ſanctum Athanaſium eſſe auctorem libelli, qui Synopſis ſacræ Scripturæ inſcribitur. de hoc enim multi viri docti non immerito dubitant. ſecundum, ſi S. Athanaſius hujus Synopſeos auctor eſt, ſcriptam eſſe poſt Nicænam Synodum, non ante. Hæc duo cum Prædicans evidenter demonſtraverit, tum non parum veriſimilitudinis objectioni ſuæ conciliaverit. Interea tamen ungues ſæpius, opinor, rodet, & caput ſcabet.* Ita de viro, qui tunc ante aliquot jam annos in vivis eſſe deſierat, Gretſerus. Cujus diſputandi rationem merito heic miramur. col. 190.

VI. Volebat nimirum duo is excipere contra illuſtre iſtud Athanaſii teſtimonium, quod urget Hunnius:

primo, Synopſin illam non eſſe Athanaſii; deinde, ſi vel maxime ejus ſit; fuiſſe tamen ante Nicenam Synodum conſcriptam. Oportebat proinde ipſum utriusque exceptionis rationes afferre. Quid vero ille? Mirabili arte onus probandi transfert in Hunnium ab eoque poſtulat, ut contrarium ejus, quod ipſe, nullo allato argumento, exceperat, evidenter demonſtret. Quaſi auditum fuerit umquam, ſi librum auctori tribuas, qui inter ejus opera ordinarie numeratur, & a multis ſeculis, nemine prorſus contradicente, ſub ipſius nomine fuit lectus, obligatum te eſſe ad demonſtrandum, & quidem evidenter, librum iſtum revera ejus eſſe auctoris. Hac ratione profecto poſtulare quis poſſet a Gretſero, ut evidenter demonſtret, libros de Officiis eſſe Ciceronis, libros Georgicorum Virgilii, libros Metamorphoſeon Ovidii, & ſic deinceps. Gretſeri utique erat, producere argumenta, quibus evinceretur, Synopſin illam non eſſe Athanaſii. Nam quod ait, multos viros doctos de hoc non immerito dubitare, id ſane haud ſufficit. Equidem novi, Dionyſium Petavium, Tom. II Theolog. Dogmatum, lib. I de Trinitate, cap. IV, ubi Baronium notat, qui, ann. CCCXIIX, 77. Lucianum Martyrem a ſuſpicione *ἑτεροδοξίας* liberaturus, ad Athanaſii Synopſin provocat, hunc in modum ſcribere: *Sed neque verum illud eſt quod in Annalibus legitur, Athanaſium purgare ab illa hæreſeos ſuſpicione voluiſſe Lucianum eo ipſo, quod in Synopſi hunc enixe collaudavit. Nam SYNOPSIS ISTA NON EST ATHANASII.* At neque heic ullum invenio fundamentum, quod ſuæ iſti negationi ſubſternat Petavius; ſed nude tantum & ipſe negat, Synopſin eſſe Athanaſii. Num vero id ſatis eſt? Scilicet

licet egregie confirmatur heic quod ex ordinaria Pontificiorum praxi præ ceteris obſervant multisque exemplis comprobant doctiſſimi illi Angli, Robertus Cocus, in præfatione ſuæ Cenſuræ, Johannes Prideaux, oratione 15, quæ ſubjuncta eſt XXII ejus lectionibus de todidem religionis capitibus, & Robertus Parkerus, lib. II de Politeja Eccleſiaſtica cap. XII, Pontificios, quando teſtimonium ipſis objicitur ex priſcorum Patrum monumentis, ad quod alias quæ reſpondeant non inveniunt, illico excipere, librum, unde id depromptum, ſpurium eſſe ac ſuppoſititium.

VII. Porro ad Gregorii Nazianzeni objectam auctoritatem Gretſerus, *Nazianzenus*, ait, *omittit etiam Eſtherem. Qua de cauſa, Hunni?* Nimirum hoc vult: Si cognitum non habuit Nazianzenus, librum Eſther ad canonem pertinere, quandoquidem illum omittit, dum ceteros libros canonicos recenſet; quid mirum, ſi idem ignoraverit, quid in Concilio Niceno de libro Judith fuerit decretum?

IIX. Sed quis non animadvertit imbecillitatem hujus conſequentiæ? Eſto, non habuerit perſpectam ſatis Nazianzenus veterem Hebræorum de Eſtheræ libro traditionem, num propterea ſtatim vero erit ſimile, neſciviſſe eundem, quid in Synodo Nicena tam recens de libro Judith Eccleſia determinaverit?

IX. Revera autem admirabilem iterum diſputatorem agit Gretſerus, quando tum de Gregorio Nazianzeno, tum de aliis Patribus, qui poſt Niceni Concilii tempora librum Judith pro non-canonico habuerunt, hunc in modum porro diſſerit: *Nicenæ Synodi ſanctionem Pa-*

tres iſtos latuiſſe quis dubitet affirmare, ſi, Chriſtiani canonis libros percenſere volentes, librum Judith omiſerunt? non omiſſuri utique, ſi tanti Concilii, quod ipſi maximi faciebant, conſtitutionem exploratam habuiſſent. Attende enim lector. Quæſtio eſt: an Synodus Nicena librum Judith in canonem retulerit? Negat Hunnius, inter alia hoc uſus argumento, quod, ſi factum id eſſet, non excluſuri eum fuiſſent inde Athanaſius, Nazianzenus, Epiphanius, aliique Patres vetuſti. Ad iſtud Hunnii argumentum reſponſurus Gretſerus, excluſiſſe ſcribit Doctores citatos ideo ex canone librum Judith, quod ſanctionem Concilii ignorarent. Quia vero facile videbat, rogatum iri, unde conſtet, ignoraſſe ſanctionem illam Patres? non fuiſſe alias omiſſuros illum librum ait, quem tantum Concilium in canonem retulerat: & ita, ecce, illud ipſum quod erat in quæſtione, quodque Hunnius allato argumento impugnaverat, ſcilicet, an Concilium Nicenum librum Judith in canonem retuliſſet, ut certum ac indubitatum ponit, totiusque ſuæ reſponſionis fundamentum facit ineptiſſime.

X. De Epiphanio & Damaſceno reſpondet Gretſerus, canonem Hebræum, non Chriſtianum, eos enumerare; vano iterum effugio.

XI. Ad Epiphanium enim quod attinet, ubi canonem veteris Inſtrumenti is exhibuiſſet, libro, ad quem Gretſerus provocat, de Menſuris ac ponderibus, de libro Sapientiæ & Eccleſiaſtico ſequentia mox attexit: *αἱ στιχήρεις δύο βίβλοι, ἥτε τοῦ Σολομῶντος, ἡ Πανάρετος λεγομένη, καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ υἱοῦ Σιράχ, ἐκγόνου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ καὶ τὴν Σοφίαν ἑβραϊστὶ γράψαντος, ἣν ὁ ἔκγονος αὐτοῦ Ἰησοῦς ἑρμηνεύσας, ἑλλη-*

ἑλληνιστὶ ἔγραψε, καὶ αὗται χρήσιμαι μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται. *Quod ad duos illos libros attinet, qui verſibus diſtincti ſunt, Salomonis videlicet Sapientiam, quæ Panaretus inſcribitur, & librum Jeſu, filii Sirach, Jeſu nepotis, qui Sapientiam Hebraice ſcripſit, quam nepos ejus Jeſus Græce reddidit; tametſi utiles ac fructuoſi illi ſint, in dictorum numerum nequaquam referri ſolent.* Gemina leguntur apud Damaſcenum; qui ſine dubio præ oculis heic habuit Epiphanium. Quis vero hinc non animadvertat, falſum eſſe, quod ex aliena, Judæorum videlicet, & non ex ſua ſententia, Canonicos libros illi Patres recenſeant? Etenim ſi id facere voluiſſent, neutiquam dixiſſent ita abſolute, Sapientiæ & Siracidæ libros eſſe quidem χρησίμους καὶ ὠφελίμους, *utiles & commodos*, ſive, ut Damaſcenus loquitur, ἐναρέτους καὶ καλοὺς, *bonos & pulchros*, in Canonicorum vero librorum numerum haud referri; ſed potius: eos pro bonis quidem ac utilibus *ab Hebræis* haberi, in numerum tamen Canonicorum *ab illis, uti a nobis Chriſtianis*, non referri.

XII. Tandem de Synodo Laodicena Gretſerus, *Urget Hunnius*, inquit, *Concilium Laodicenum multo poſt Synodum Nicænam habitum. At unde probat Prædicans; Laodicenam Synodum celebratam poſt Nicænam, & quidem multo poſt? Quem hujus ſuæ aſſertionis profert auctorem & approbatorem? Nullum, opinor, præter ſe & ſuos: qui nobis non tanti, ut abſque probatione fidem inveniant.*

XIII. Sed nimis temerarius eſt antagoniſta, quando ait, NULLUM præter Hunnium & Proteſtantes proferri poſſe auctorem, qui Laodicenam Synodum celebratam poſt Nicenam eſſe affirmet. Ecce enim, auctorem

proferimus Pontificium, eumque non poſtremæ claſſis; Bartholomæum videlicet Caranzam, ex Regente Collegii S. Gregorii, ord. Dominicani, in valle Oletano, Archiepiſcopum Toletanum; qui, in Summa Conciliorum, Synodum Laodicenam congregatam fuiſſe ſcribit *circa annum Domini 364. ſub Papa Liberii finalibus annis*; atque ita multo poſt Concilium Nicenum, quippe quod habitum eſt anno cccxxv, uti in Annalibus ſuis demonſtrat Baronius: proferimus porro Gulielmum Lindanum, Epiſcopum Ruræmundenſem, illum *hæreſum expugnatorem* (ſic enim audit Poſſevino) qui lib. III Panopliæ cap. III, Synodum Laodicenam ipſos octoginta annos poſt Nicenam fuiſſe habitam affirmat: quid? proferimus ipſum Card. Baronium, diſertis verbis, iis puta quæ ſupra num. I dedimus, fatentem, quod Concilium Carthaginenſe poſt Nicenum fuerit celebratum. Equidem non neſcio, contrarium aliquando Baronium heic ſenſiſſe. Ita enim conſtat ex Appendice Tom. IV Annalium. Sed ubi argumentorum infirmitatem, quibus uſus ibi fuerat, animadvertit, ſententiam mutavit. Nec quemquam turbet, quod, quæ nos loco laudato produximus, in tertio legantur Annalium Tomo, ut ſic videri queant potius ipſa corrigi in Appendice Tomi quarti. Etenim, ceu jam ibi monuimus, primum exhibita ea fuere in Appendice Tomi decimi, & poſtea demum in ſequentibus editionibus inſerta ſunt Tomo tertio, ut ſcilicet immediate ea exciperent quæ per ipſa debebant corrigi.

XIV. Sed revertamur ad Hieronymum: quem teſtari ait Bellarminus, quod liber Judith egregium habeat teſtimonium, Canonicæ ſcilicet auctoritatis, a Synodo

Ni-

Nicenæ: Sane Doctorem hunc celeberrimum in prologo galeato & præfatione in Proverbia librum Judith extra canonem ponere, & ipſe Bellarminus, & ejus Apologeta Gretſerus admittit: putant vero, illum poſtea mutaſſe ſententiam; adeoque ſupponunt, tum quod præfatio in librum Judith ſcripta ſit ab Hieronymo poſt prologum galeatum & præfationem in Proverbia, tum quod idem S. Pater, quando jamjam memoratos prologos, galeatum, inquam, & Proverbiorum, ſcribebat, decretum Nicenum de libro Judith nondum habuerit cognitum. Quam in rem Gretſerus, ubi recitaverat illa Hunnii: *Hieronymus, non habita ratione ejus ſanctionis Synodicæ, diſerta voce pronunciat nihilominus, librum Judith non eſſe in canone. Vide Prologum Galeatum;* confidenter ſatis; *Noſſe debebat Prædicans*, inquit, *Prologum Galeatum ante fuiſſe ſcriptum, quam ſanctus Hieronymus decretum Synodi Nicænæ cognoſceret, & ante præfationem in librum Judith. Quocirca veritatem poſtea edoctus, mutavit ſententiam in Prologo Galeato traditam, quod quidem ad librum Judith attinet.* col. 190.

XV. Verumenimvero, quis non videt, alterum, quod heic tamquam certum ponitur, nullo modo probari, alterum nullo modo credi poſſe? Unde enim probabitur, prologum galeatum ſcriptum eſſe ante præfationem in Judith? & quis credet, ignoraſſe Hieronymum, quæ in Concilio œcumenico omnium primo & celebratiſſimo fuerint decreta.

XVI. Excipit Gretſerus: quod Hieronymo definitio Nicenæ Synodi de libro Judith non fuerit ſtatim perſpecta, id mirum non eſſe, in tanta raritate exemplari-

um, in quibus canones & acta illius Synodi fuerint contenta, quantam ſtatim poſt abſolutam Nicenam Synodum extitiſſe ex hiſtoriis certum ſit.

XVII. At dic, ſodes, quis umquam ſibi perſvaſerit, præcipuis Nicenæ Synodi propugnatoribus ejus de fide decreta fuiſſe ignota, hoc eſt, Patres illos, qui tanto conatu contra veritatis hoſtes fidem Nicenam defendebant, ipſum illud quod defendebant, non ſatis habuiſſe perſpectum? Sane quam rara extiterint etiam Actorum Nicenorum exemplaria, hæſerunt tamen illa haud dubie potiſſimum in manibus præcipuorum Doctorum, qui omnium rectiſſime iis uti noverant, imo qui ſine præſentiſſimo Eccleſiæ periculo carere illis non poterant. Præterea intervallum temporis, quod inter celebratā Synodum Nicenam & Hieronymum interceſſit, non adeo eſt exiguum, ut ſatis commode Hieronymo dici poſſit vixiſſe *ſtatim poſt abſolutam Nicenam Synodum*; ceu quidē innuit Gretſerus. Habita quippe eſt illa Synodus, uti jam ſupra ex Baronio monuimus, anno Domini CCCXXV, Hieronymus vero, ut ipſe de ſe teſtatur in fine libri de Scriptoribus Eccleſiaſticis, floruit anno XIV Theodoſii: unde inter Concilium Nicenum & Hieronymi ætatem LXX circiter annos interveniſſe liquet.

XIIX. Sed age, conſideremus nunc paulo accuratius illud teſtimonium Hieronymi, quo exultant adverſarii plerique, ac ſi confecta res eſſet. Verba ſic habent: *Apud Hebræos liber Judith inter Hagiographa legitur* (pro *Hagiographa* ponendum eſſe *Apocrypha*, monent Petrus Comeſtor, dictus Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ, Card. Hugo, Leander de S. Martino, Brito, Joh. Driedo, Garſius

Ga-

Galarza; tametſi aliis aliter videatur. Conſule Jo. Friſchmuthi diſſertationem de Scripturæ diviſione, ſub finem.) *Cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Chaldæo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. ſed quia hunc librum Synodus Nicena in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, imo exactioni, & ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum e ſenſu, quam ex verbo verbum transferens.*

XIX. Heic primo quæritur: an ex iis certo evinci poſſit, Hieronymo teſte Concilium Nicenum librum Judith revera in ſacris Scripturis numeraſſe? Sane non deſunt ex ipſis Doctoribus Pontificiis, qui exiſtiment, Hieronymum heic quidem, quid apud alios legatur, referre, interim ipſum vix credidiſſe, feciſſe id Nicenā Synodum, quod ita feciſſe legatur vel dicatur; ſiquidem alibi expreſſe librum Judith a Canone excludat, non facturus, ſi verum eſſe putaſſet, illum a tantæ auctoritatis Concilio in numero ſanctarum Scripturarum fuiſſe computatum. Ita Lindanus lib. III Panopliæ cap. III: *Legitur computaſſe, ait Hieronymus; quod mihi dubitantis ſuſpicionem ſubindicare videtur. Niſi fortaſſe quis hunc de libris canonicis Nicænum canonem --- hæreticorum fraude fuiſſe acciſum atque Eccleſiis ſubjectum opinetur. Cui ne ſuffragemur, cogit pia de ſanctiſſimis Patribus in Concilio Laodicæno congregatorum exiſtimatio, non eos illa ætate, qua canonum ſcientia inprimis ornabat Epiſcopos, tam fuiſſe ſui & officii & nominis oblitos, ut illos aut neſcierint, aut deſideratos non requiſierint. Ad hæc, ſi* VERE *legitur, quod ait Hieronymus,*

nymus, legi Judith Concilium Nicanum inter Canonicos computaſſe, quid ſibi vult, quod idem in librorum Salomonis præfatione ſcribit, Eccleſiam libros Judith, Thobiæ, ac Machabæorum, legere quidem, ſed inter canonicas ſcripturas non recipere. Sic item Stapletonus, lib. IX Principiorum fidei doctrinalium cap. XII, dum expendit illud Hieronymi teſtimonium, ſubjungit, videri eum *id referre ex fama tantum. Nam alibi,* inquit, *aperte dubitát.*

XX. Interim ſi maxime concedamus, Concilium Nicenum librum Judith vere in ſanctis Scripturis reputaſſe, quæritur amplius, qua ratione id fecerit, & an eo ipſo hunc librum in canonem referre voluerit? Card. Baronius, loco num. I memorato, digitum heic intendiſſe Hieronymum exiſtimat ad Acta Nicenæ Synodi, *in quibus obiter citatus idem liber inventus fuerit.* Quod ſi ita eſt, non magis inde conficitur, librum Judith eſſe canonicum, quam quod canonici ſint liber Aſſumptionis Moſis, ac liber Sermonum myſticorum Moſis, qui in ejusdem Synodi Actis, & quidem cum elogio *Scripturæ*, citati reperiuntur. Vide Gelaſii Cyziceni Commentarium Actorum hujus Synodi parte II, cap. XIIX. Et ſane non ſtatim Canonicum eſſe cenſendum, quidquid, etiam ſub *Scripturæ* titulo, a veteribus ſive Conciliis ſive Patribus laudatur, vel mille, ſi opus eſſet, oſtendi poſſet exemplis. Sic librum Hermæ, quem ipſi Pontificii pro apocrypho habent, ita citat vetuſtiſſimus ſcriptor Irenæus, lib. IV, cap. XXXVII, (quem locum Euſebius repetit lib. V Hiſt. Eccleſ. cap. IIX, & Athanaſius Epiſtola pro decretis Nicenæ Synodi apologetica) eundemque *Scripturam divinitus inſpiratam* appellare non dubitat Origenes in Rom. XVI. 14.

Atha-

Athanaſius, in graviſſima de æternitate Verbi diſputatione, probationem petit ex libro III Eſdræ, qui itidem, ipſis Pontificiis fatentibus, eſt apocryphus; Ambroſius, de reſurrectione mortuorum, ſupremo judicio, animarumque habitaculo agens, libro de bono Mortis cap. X, ad librum IV Eſdræ, omnium conſenſu apocryphum, provocat. Quod & obſervavit nominatiſſimus ille Jeſuita Benedictus Pererius; cujus verba, in Danielem lib. XV: *Nec mirandum accidat lectori, me uſum eſſe ſententiis libri quarti Eſdræ: qui non modo non eſt canonicus, verum etiam ut apocryphus a Patribus rejectus eſt. Equidem ſeqvutus in hoc ſum B. Ambroſium, qui in libro de bono Mortis eum ipſum locum Eſdræ, quem nunc memoravi, ſub nomine Eſdræ, & cum magna laude ſententiæ, ad confirmandam fidei noſtræ doctrinam, quæ eſt de reſurrectione mortuorum, adhibuit. Quin idem in epiſtola vigeſima prima, quam ſcripſit ad Horontianum, ſuadet, librum quartum Eſdræ legendum eſſe, quod in ipſo anima cæleſtis eſſe naturæ demonſtretur, & Philoſophorum nugæ de ipſius ſubſtantia confutentur.* Ita quoque Euſebius lib. VI Hiſt. Eccl. cap. XIII, de Clemente Alexandrino ejusdemque *στρωματέων* libris agens, *κέχρηνται*, inquit, *ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις. Utitur in illis etiam earum Scripturarum teſtimoniis, quibus contradicitur*, ſeu, quæ non admittuntur in Eccleſia tamquam Canonicæ: producitque mox, inter alia apocrypha, exemplorum loco, Barnabæ & Clementis monumenta. Et quid? annon in ipſis ſacris literis Gentilium etiam ſcripta citantur? nonne Apoſtolus Paulus, agens cum Athenienſibus, Arati teſtimonium aræque *ignoto Deo* ſacræ inſcriptionem ad fidem veritati

ſaciendam arripit, Act. xvii, 28. 23. Audi quid hanc in rem Adamus Tannerus tradat, quo maledicentiorem hoſtem Proteſtantium Eccleſia vix umquam eſt experta, Theologiæ Scholaſticæ Tom. iii, diſp. i, quæſt. v, dub. i, 26. *Ergone*, ait, *qui allegantur, ſacri erunt? Erit igitur ſacer ſcriptor Epimenides Poëta; cujus illud allegat Paulus Tit. 1. verſ. 12.* Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, *&c.* Cretenſes ſemper mendaces. *ſacer etiam erit Menander; cujus illum ſenarium citat 1. Cor. 15. verſ. 33.* Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. *Sacer denique erit Aratus, ex quo in teſtem vocato hemiſtichium illud profert idem Paulus Act. 17. verſ. 28.* Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Ipſius enim & genus ſumus. *Sed forte non tam honorifice citantur Poëta iſti quam Propheta veteris teſtamenti? Sane Paulus cum Epimenidem adducit, vocat eum* proprium Cretenſium Prophetam, *ejusque teſtimonium tanquam verum aperte comprobat: quod vix ita de Moyſe dicit. .... ERGO EX SOLA PER SE CITATIONE ALICUJUS LIBRI NON SUFFICIENTER COLLIGITUR, EUM LIBRUM ESSE SACRUM ET CANONICUM.* Sic Tannerus Jeſuita. Adde tandem his quæ habet Auguſtinus lib. xiii contra Fauſtum Manichæum cap. xv. *Sibylla*, ſcribit is, *& Orpheus, & neſcio quis Hermes, & ſi qui alii Vates, vel Theologi, vel Sapientes, vel Philoſophi gentium, de Filio Dei, aut de Patre Deo, vera prædixiſſe ſeu dixiſſe perhibentur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, NON tamen AD ISTORUM AUCTORITATEM AMPLECTENDAM.* Confer eundem lib. xiix de Civitate Dei, cap. XLVII, & junge porro Irenæum lib. iv, cap. xiv, Euſebium lib. vi Hiſt. Eccl, cap. xiii, Theodoritum dialogo iii, nec non Nicolaum

laum I Papam in epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, Thomam parte I, quæſt. I, art. VIII.

XXI. Card. Hugo, in Expoſitione prologi, de quo nunc agimus, Synodum Nicenam librum Judith in numero ſanctarum Scripturarum, *ad informationum morum* computaſſe affirmat. Atque ita etiam Marcus Anton. de Dominis, lib. VII de Republ. Eccl. cap. I, 36. Et ſane Hieronymus ipſemet non tantum præfatione in Proverbia hunc librum diſerte iis annumerat quos Eccleſia ſolum *legit ad ædificationem plebis*, ſed & hoc ipſo, quem nunc tractamus, loco, eodem reſpicere videtur, dum ejus uſum ſequentibus commendat verbis: *Accipite Judith, viduam, Caſtitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non ſolum feminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui Caſtitatis ejus remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret.* Quæ vero ad morum tantummodo ædificationem in Eccleſia legebantur, ea non ſtatim canonica auctoritate polluiſſe, & idem Hieronymus jamjam memorata in Proverbia præfatione conceptis verbis docet, & ſimiliter aliunde ſatis ſuperque conſtat. Vide Athanaſium in Synopſi, Rufinum in expoſitione Symboli, Philaſtrium hæreſ. LXXXIIX, Gregorium M. lib. XIX Moralium cap. XVI; & ex poſteriorum ſeculorum ſcriptoribus Radulphum Flaviacenſem lib. XIV in Levit. cap. I, Hugonem de S. Victore lib. de Scripturis & Scriptoribus ſacris cap. VI, ac alibi, Richardum de S. Victore lib. II Exceptionum (aut verius Excerptionum: ſunt enim IV hi Exceptionum libri Richardi plane iidem qui priores libri Excerptionum Hugonis) cap. IX,

 Ni-

Nicolaum Liranum præfatione in librum Tobiæ, Wilhelmum Occam Dialogi parte III, tract. I, lib. III, cap. XVI, Franciſcum Ximenium præfatione in Biblia Complutenſia, Johannem Driedonem lib. I de Eccleſiaſticis Scripturis & dogmatibus cap. IV, aliosque. Imo vero lecta olim in Eccleſia fuiſſe ſcripta, ipſorummet Pontificiorum confeſſione non-canonica, exemplo conſtat Epiſtolæ Clementis Romani ad Corinthios perſcriptæ, quam ſua ætate publice in Eccleſia fuiſſe lectam, Euſebius & Dionyſius Corinthius teſtantur; ille lib. III Hiſtor. Eccl. cap. XVI; hic apud eundem lib. IV, cap. XXIII. Sic item inter libros non-canonicos, quos in Eccleſia prælegi ſcribit Athanaſius in fragmento XXXIX Epiſtolæ ἑορταστικῆς, numerantur διδαχὴ καλουμένη τῶν Ἀποστόλων, *Doctrina quæ vocatur Apoſtolorum*, (num forte innuuntur Canones Apoſtolici?) & ὁ Ποιμὴν, *Paſtor*, celebris videlicet ille apud antiquos liber Hermæ, cujus jam ſupra meminimus num. XIX. Et quid? annon ipſe fatetur Pererius, hodie etiam, num in Eccleſia Romana legi, publiceq; uſurpari, quæ nequaquam ſint in canone Scripturarum? Verba ejus ſunt, loco ſupra laudato: *Quid ego ejus libri* (IV Eſdræ) *Ambroſium, Cyprianum, aliosve Patres probatores & laudatores memorem; quum ejus libri ſententias aliquot etiam Catholica Eccleſia in ſacroſanctæ Miſſæ myſterio, & in publicis ſuis precationibus, uſurpet? ſiquidem per ſingulos annos in feria tertia Pentecoſtes Miſſam orditur ab ea ſententia, quæ in II capite libri quarti Eſdræ legitur: Accipite jucunditatem gloriæ veſtræ, gratias agentes Deo, qui vos ad cæleſtia regna vocavit. Et ex eodem capite in ſolennitatibus Martyrum decantat illud: Modo coronantur, & accipiunt palmam.*

XXII.

XXII. Bellarminus ex Hieronymi verbis,quæ nunc expendimus,evincere ſatagit,Synodum Nicenam librum Judith ſic in numerum ſacrorum librorum retuliſſe, ut idoneum eſſe cenſuerit ad fidei dogmata confirmanda. Ita namque ſcribit: *Aſſerit ſanctiſſimus Doctor, apud Hebraos librum Judith numerari in ſanctis libris, qui tamen non ſint idonei ad dogmata fidei comprobanda: deinde, huic Hebraorum ſententia opponi Nicana Synodi auctoritatem. Igitur, teſte Hieronymo, Nicena Synodus librum Judith ita retulit in numerum ſacrorum librorum, ut eum idoneum eſſe cenſuerit ad fidei dogmata confirmanda.*

XXIII. Verumenimvero, quod hæc ſit mens Hieronymi, de eo mihi quidem nullatenus liquet: & longe profecto aliud ipſa S. Patris verba, etiam nude tantum inſpecta, quemvis abunde docent. Scilicet non ideo memorat ille, Synodum Nicenam legi librum Judith computaſſe inter ſacras Scripturas, ut auctoritate hujus Synodi oſtendat, perperam iſthunc librum cenſeri roborandis fidei dogmatibus inidoneum; ſed ut indicet, quamobrem libro, qui alias inter apocrypha ſit, hunc honorem ipſe habuerit, ut in latinam eum linguam transferret. Sic enim Hieronymi textum fluere evidentiſſimum eſt: Tametſi liber Judith ex iis unus eſt, qui apud Hebræos pro apocryphis habentur, nec ad firmanda dogmata judicantur idonei, nihilominus illum cum ceteris Veteris Teſtamenti libris in latinum ſermonem convertere volui, quia Synodus Nicena eum inter ſanctas Scripturas computaſſe legitur. Quod ergo dignum cenſeret librum Judith, quem Latine verteret, id Niceni Concilii, inter Scripturas ſacras iſtum librum computantis, apud Hieronymum effecit

ſecit auctoritas. Quod vero eundem induxerit computatio illa, ut auctoritatem libro Judith canonicam adverſus Judæos aſſereret, de eo tantum abeſt ut in prologo Hieronymi quidquam habeatur, ut potius contrarium inde manifeſto eluceat. Si enim librum hunc pro canonico recepit Hieronymus, eccur non ita eum interpretatus eſt, ut verbum ex verbo transferret, ſed tantum ut ſenſum e ſenſu? Annon epiſtola ci ad Pammachium, quæ de optimo genere interpretandi agit, ipſe hoc diſcrimen aſſignat inter ſuas translationes ſacrarum literarum & aliorum ſcriptorum, quod ibi verbum e verbo exprimere ſoleat, heic ſenſum de ſenſu? Majoris evidentiæ cauſa ſic argumentor:

Quem librum Hieronymus ita transtulit, ut ſenſum dumtaxat de ſenſu expreſſerit, non autem verbum e verbo, illum non habuit pro libro Scripturæ vere canonico;

Atqui librum Judith Hieronymus ita transtulit, E. Major patet ex laudata ad Pammachium epiſtola; ubi ſic loquitur S. Doctor: *Ego non ſolum fateor, ſed libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum* ABSQUE SCRIPTURIS SANCTIS, UBI ET VERBORUM ORDO ET MYSTERIUM EST, *non verbum e verbo, ſed ſenſum exprimere de ſenſu.* Minor habetur in ipſo prologo Judith, ubi profitetur Hieronymus, quod huic libro *unam* tantum *lucubratiunculam dederit, magis ſenſum e ſenſu, quam ex verbo verbum transferens.* Atque hoc ipſum, quod ſcilicet libri Judithæ auctoritas canonica ex ſæpe laudata Hieronymi in illum præfatione non tantum non probari, ſed & contrarium inde elici poſſit, etiam ſuo tempore obſervavit Antoni-

tonius, Archiepiſcopus Elotentinus; qui, cum parte III ſuæ Summæ, tit. XIIX, cap. VI, 2. Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Judithæ, Tobiæ, & Maccabæorum feciſſet mentionem, addit poſtea: *De his quinque libris dicit Hieronymus in prologo ſuper Judith, quod authoritas horum librorum ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur, ſed tantum Synodus Nicena in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe. Hoc dicit Hieronymus de libro Judith; & idem de aliis videtur dicendum. Et de hoc habetur diſt. 15. ſancta Romana in Palea. Et idem etiam dicit Thom. 2. 2. & Nic. de Lyra ſuper Tobiam, ſcil. quod iſti non ſunt tanta auctoritatis, quod ex dictis eorum poſſet efficaciter argumentari in his quæ ſunt fidei, ſicut ex aliis libris S. Scripturæ. Unde forte habent auctoritatem talem, qualem habent dicta Sanctorum approbata ab Eccleſia.*

XXIV. Excipit Gretſerus: dicere tamen Hieronymum, aliquid libro Judith a Nicena Synodo tributum, quod non tribuerit Synagoga, ſive Eccleſia Judaica. *Quid vero illud*, inquit, *ſi non canonica & infallibilis auctoritas? Nam Judæi quoque hunc librum ſanctis libris annumerabant. Ergo Nicæna Synodus aliquid amplius largiendum declaravit. Quo Synodi decreto excitatus S. Hieronymus, hunc librum Latio donare voluit, ſepoſitis omnibus aliis negotiis.*

XXV. Reſp. Concedo, ſi ſibi conſtet illa de Nicena Synodo relatio cujus Hieronymus meminit, ali-

non tribuebat Synagoga. Fuiſſe vero iſtud canonicam & infallibilem auctoritatem, nego. Quid ergo aliud? quærit Gretſerus Nimirum hoc, quod eum inter ceteras Scripturas ſanctas computavit, qui in Eccleſia legebantur *ad informationum morum*, uti Hugo ait: quod utique non faciunt Judæi, quippe apud quos nude tantum *inter hiſtorias computatur*, ceu ſcribit Hieronymus.

F I N I S.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

ERrat famoſus ille e Scotia Quackerianismi hodie patronus & propugnator, Robertus Barclajus, quando in ſuis, antehac ad omnes Européas, noſtram; que adeo etiam Kilonienſem Academiam, miſſis, & poſtea in Apologia fuſe expoſitis Theſibus, th. III, inde, quod Spiritus S. primus eſt & principalis Veritatis ductor. quodque ideo recipimus Scripturas, iisque credimus, quia a Spiritu illo proceſſerunt, concludere ſatagit, Scripturas S. non exiſtimandas eſſe principalem originem omnis Veritatis & cognitionis, nec adæquatam primariam regulam fidei & morum; (quæ noſtra, eaque veriſſima eſt ſententia) etiamſi dici poſſint regula ſecundaria. Neque enim hæc duo pugnant: Spiritum S. primum eſſe ac principalem Veritatis ductorem; &: Scripturam S. eſſe principalem originem omnis Veritatis & cognitionis, primariamque fidei & morum regulam; ſed bene ſimul poſſunt conſiſtere.

II.

Πρῶτον ſcilicet ψεῦδος Barclaji ejusq; ſectatorum eſt, quod auctoritatem ſibi fingunt Scripturæ a Spiritus S. auctoritate diverſam: cum tamen, quod ad rem attinet ipſam, una ſit utriusque auctoritas; quæ Spiritui S. convenit ob perfectionem intrinſecam; Scripturæ autem ſacræ ob dependentiam a Spiritu S. ſeu propterea, quod doctrina eſt ab eodem profecta, illoque ſuggerente a Prophetis atque Apoſtolis in literas relata.

Quackeri ſimilesque μισογράφοι Scripturæ S. elogia iſta, quod per ipſam illuminemur, regeneremur, ſanctificemur; cum Dei hæ operationes ſint. Quaſi videlicet operatio, quam Scripturis ſacris ratione ejusmodi ſpiritualium naturæque vires ſuperantium effectuum tribuimus, alia ſit quam ipſius Dei & Spiritus ſancti ἐνέργεια.

IV.

Idololatriæ igitur illos poſtulare qui divinam Scripturæ S. auctoritatem commendant, perinde eſt ac ſi læſæ majeſtatis crimen iis objicias, qui debitam Regi ſupremam in regno poteſtatem promulgatis ab eodem edictis & diplomatibus adſcribunt.

V.

Alterum dictorum ſectariorum eſt ἁμάρτημα, quod non animadvertunt, dum ſupernaturalem Scripturæ tribuimus virtutem, nequaquam de *materiali* ſermonem nobis eſſe, ſive de characteribus calamo in charta efformatis; ſed de *formali*, ſeu de rebus quæ ſignis iſtis indicantur, de revelationibus, inquam, & conſiliis Dei in literas relatis. Id enim ſi ab iis obſervaretur, abſtinerent utiq; ab atrocibus illis ἐγκλήμασι, daß unſere Lehrer und Prediger / indem ſie die ihres Seelen-Heils begierige Menſchen auff die H. Schrifft weiſen / ſelbige von dem lebendigen Worte auff den Buchſtaben / der nur tödte / von dem Weſen auff den Schatten / von der Göttlichen Krafft auff das Vergängliche führeten. Certe Scriptura, cujus auctoritatem noſtri Doctores tuentur, non eſt litera mortua; ſed *Spiritus & Vita*, Joh. VI, 63 adeo ut qui eam ſcrutantur, *vitam æternam in* illa *habeant*, Joh. V. 39. non eſt inanis umbra; ſed *potentia Dei ad*

ſalu-

ſalutem omni credenti, Rom. I, 17 non eſt corruptibile quid; ſed *ſemen incorruptibile, Verbum Dei vivi, & manens in æternum*, I Petr. I, 23.

VI.

Quisquis Scripturam S. corruptam adeo, obſcuram, & imperfectam pronunciat, ut adæquata & ſufficiens fidei morumque norma eſſe non poſſit, ipſi Spiritui S. in os contradicit, plane contrarium nos docenti Luc. xvi, 29. Joh. xx, 21. Act. xx, 27. xxvi, 22. I Tim. III, 16. 17.

VII.

Qui receptas Theologorum regulas hermeneuticas ideo ad intelligendam Scripturam S. neceſſarias & utiles eſſe negant, quod ad easdem Pontificii quoque, Reformati, aliique heterodoxi provocant, Jeſuitæ Keddii imitantur Sophiſticam, noſtrum Theologiæ principium, Scripturam ſcilicet, hinc rejicientis, quod præter nos, Socinians etiam aliique hæretici ſua inde dogmata oſtendere conentur. Videatur Tract. noſter de Proceſſu diſputandi Papiſtico num. xl. ſeqq.

IIX.

Quackeri, aliique fanatici, dum fidem ſuam ac Theologiam in *lumen* mentis *internum* ultimo reſolvunt, & tamen lumini iſti ex Scriptura S. præſertim Joh. I, 9. robur quærunt, perinde ac Pontificii, Scripturæ auctoritatem per Eccleſiæ teſtimonium hujusque valorem viciſſim per Sripturæ *αἰαμαρτησίαν* demonſtrantes, Circulum in probationibus ſuis committunt. Legatur jamjam citatum noſtrum opuſculum num. LIX, ſeqq.

IX.

Muhammedanis,& aliis, qui numquam de CHRISTO Crucifixo aliquid audiverunt, ita vim ſuam exerere ajunt, ut æternam per illud beatitudinem conſequi hi valeant, an forte natales ſuos debere id dicemus *Sapientia Univerſali* Herbertianæ, libro de Veritate pag. 266. ipſi memoratæ? an maledicti illius Spinoſæ ſcitis, epiſtola XLIX ſeribentis: *Quod ad ipſos Turcas & reliquas gentes attinet, ſi Deum cultui Juſtitia & Charitate erga proximum adorent, eosdem Spiritum* CHRISTI *habere credo, & ſalvos eſſe; quidquid de Mahomete & oraculis ex ignorantia perſuaſum habeant.* & Tract. Theologico-Politico cap. V, pag. 65. *Is qui eas* (Scripturas S.) *plane ignorat, & nihilominus ſalutares habet opiniones, veramque vivendi rationem, is abſolute beatus eſt, & revera* CHRISTI *Spiritum in ſe habet?* Confer librum noſtrum de Tribus Impoſtoribus pag. 16. & 200.

X.

Ceterum ſi ſacrum conſulamus Codicem, tantum abeſt ut lucem aliquam ſalutiferam infidelibus is tribuat, ut potius *tenebras* diſerte eos vocet Epheſ. V, 8. & *populum poſitum in tenebris*, Matth. IV, 16. ex Iſ. IX, 1. tantum abeſt ut CHRISTI iis tribuat Spiritum, ut *Atheos* etiam appellet Epheſ. II, 12. *Deique ignaros*, 1 Theſſ. IV, 5. II Johann. comm. 9. Act. XIV, 34.

XI.

Vocis *Perſona* in doctrina de SS. Trinitate uſum ab Athanaſio primum fuiſſe introductum, ſartoribus & ſutoribus perſuaderi poſſe, non adeo quidem mirandum. At eruditi norunt, jam Tertullianum, qui Athanaſio ſeſquiſeculo antiquior eſt, vocabulo iſthoc uſum eſſe

li-

libro adverſus Praxeam cap. XII. ubi diſertè Filius illi in Trinitate audit *ſecunda Perſona*; moxque Scriptura (Gen. I, 27.) de eadem Trinitate, ex ipſius ſententia, agens, *diſtinguere* ei dicitur *inter Perſonas*. Inprimis vero natatu dignum eſt, quod ibidem, initium Evangelii S. Johannis expendens, ait: *Habes duos: alium dicentem ut fiat; alium facientem. Alium autem quomodo accipere debeas, jam profeſſus ſum; PERSONÆ, non ſubſtantiæ* (eſſentiæ, ſive naturæ) *nomine: ad diſtinctionem, non ad diviſionem*.

XII.

S. Auguſtinum pædobaptiſmi auctorem eſſe, vel ex ipſo Auguſtino ſatis refellitur. Videatur ejus de Verbis Apoſtoli ſermo XIV, liber X de Geneſi ad lit. cap. XXIII, & inprimis liber IV de Bapt. contra Donat. cap. XXIII, XXIV; ubi ritum hunc *in univerſa Eccleſia ſemper retentum*, & *non niſi auctoritate Apoſtolica traditum* eſſe innuit. Ex Auguſtino vetuſtioribus Eccleſiæ Doctoribus, qui commentum iſtud evertunt, unum nunc nominaſſe ſufficiat B. Cyprianum, de infantibus baptizandis ex inſtituto agentem epiſtola LIIX, ad Fidum.

XIII.

Orationem Dominicam non niſi ad certum tempus, puta ad effuſionem usq; Spiritus S. diſcipulis a CHRISTO præſcriptam formulam eſſe, nec ad ſtatum noſtrum hodiernum accommodatam, inane commentum eſt. Cui quam frivole fidem conciliare Barclajus nitatur Apologiæ pag. 234. in conflictu oſtendere parati ſumus.

quodque nihil commercii eſt divinæ ſanctitati cum peccato, colligere velle, omni labe purum eſſe quidquid in nobis Dei gratiâ exiſtit boni, plusquam abſurdum eſt.

XV.

Licet certiſſimum ſit, Juſtificationem ſine mutatione hominis peccatoris intrinſeca nequaquam contingere (cum videlicet indiſſolubili ea nexu cum Regeneratione & Renovatione cohæreat, qua ſic homo intrinſecus mutatur ut fiat homo novus) immota perſiſtit nihilominus noſtrarum Eccleſiarum doctrina, quod Juſtificatio, ut præciſe Juſtificatio eſt, in intrinſeca mutatione nequaquam ſita ſit.

XVI.

In æternæ ſalutis negotio potiores eſſe partes Chriſti In Nobis, quam Chriſti Pro Nobis, impia eſt & homine vere Chriſtiano indigna aſſertio.

XVII.

Ob ſolam morum corruptionem non eſt ab Eccleſiæ, quam cetera veram eſſe agnoſcis, externa communione recedendum. Fruſtraque Lutheri heic e Pontificiorum egreſſi prætexitur exemplum: tum quod ſola morum pravitas Romanam Eccleſiam Luthero inviſam haud fecerit, ſed ipſius doctrinæ errores plane intolerabiles; tum quod ne quidem ſeceſſerit ab Eccleſiæ illius conſortio ſponte Lutherus, ſed violenta Pontificis excommunicatione cum ſuis inde fuerit pulſus. Videatur Papa noſter Schiſmaticus, & Anti-Frommius capite I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SOLI DEO GLORIA.

(o)